in lectione ⁊ doctrina dīnoꝝ voluminū.
Uñ ꝓ incredibili scie sue p̄rogatiua do-
ctor ecclīe alexādrine a Demetrio ipsi⁹
loci ep̄o institut⁹ est cathedrāqꝫ doctoris
p⁹ Pāthenū ⁊ Clementē terti⁹ obtinuit
Cui⁹. s. Clemētis ⁊ ipse auditor extiterat.
Ubi dū ꝟbū dn̄i doceret palā: tā viros
ꝙ̄ feminas istruxit. Et ut ois maledicti
turpis occasionē ifidelib⁹ tolleret qḋdā
min⁹ ꝑfecti sens⁹: ꝟ feruēt̄ fidei castitat̄
op⁹ exercuit. Nā illud euāgelicū atten-
dens: Sūt eunuchi q̇ se castrauerūt ꝓpt̄
regnū celoꝝ. mox illud in se cōpleuit.
Tūcqꝫ nulla aduersarijs detrahēdi oc-
casiōe relicta vigilant̄ doctrine ⁊ p̄dica-
tiōi vacauit i abstinētia plurima i ieiu-
nijs in vigilijs. Ex eius ꝟo auditorib⁹
mlt̄i martyres sc̄ effecti. Et nūꝙ̄ ꝑmisit
ea q̄ in ecclesijs disserebat a notatorib⁹
excipi nisi qñ sexagesimū etat̄ sue annū
agēs multo vsu ⁊ labore plurimū i ꝟbo
dei fiducie accepat. Isido⁹ aūt i. 6. ethi.
li. sic de ipso ait. Origenes i scripturarū
labore tā grecos ꝙ̄ latinos operū suoꝝ
magnitudie supauit. Deniqꝫ Hiero⁹ sex
milia libroꝝ ei⁹ se legisse fatet̄. Propter
hec oīa ꝟ nō videt̄ qbusdā ut dixim⁹ ꝙ
Origenes tā grauit̄ potuerit errare ut
diceret etiā dānatos angelos fore sal-
uandos. Sed his ego rñdeo ꝙ nullus
est tā sanct⁹: tā iust⁹: tā doct⁹ in lege dn̄i
tāqꝫ exercitat⁹ i via ei⁹ ut cadē nō possit
ꝟm cōem legem. Sapiētior certe mun-
diorqꝫ ipso Origene erat in celo empy-
reo lucifer: ⁊ tn̄ ꝓpter peccata expulsus
est inde. Quare aūt deus ꝑmittit ruere

cos q̇ diu in ꝟtutibus ꝑseuerarũt peni-
tus ignoramꝰ: q̇a iudicia dei abyssus
multa. Secũdꝰ modꝰ dicẽdi de Ori-
gene est aliorũ q̇ tenẽt ipsũ errasse: ꝫ pꝰ
errorẽ ad pniam venisse. Ostẽdunt autẽ
planctũ quẽdã qui ascribit̃ Origeni: tñ
planctꝰ ille int̃ apocriphas scripturas
ãnumerat̃. ut p3. 15. di. c. scã ro. ecclesia.

Tertiꝰ modꝰ dicẽdi de Origene ẽ ꝙ
in ꝟitate errauerit. Vñ Augꝰ. 21. li. de
ci. dei. c. 17. uel. 21. ait. Nũc iã cũ miseri-
cordibꝰ nr̃is agẽdũ eẽ video: ⁊ pacifice
disputandũ q̇ uel oĩbꝰ illis hoĩbꝰ quos
iustissimꝰ iudex dignos gehẽne supplicio
iudicauit: uel q̇busdã eorũ q̇ nolũt cre-
dere penã sempit̃nã futurã: ꝫ post certi
tp̃is metas ꝓ cuiusqꝫ pcti quãtitate lõ-
gioris siue breuioris eos inde estimant
liberãdos. Qua i re misericordior ꝓfe-
cto fuit Origenes qui ⁊ ipsũ diabolum
⁊ angelos eius pꝰ grauiora ꝓ meritis
⁊ diuturniora supplicia ex illis crucia-
tibꝰ eruendos ⁊ sociãdos scis angelis
credidit. Sed illũ ꝓpt̃ hoc ⁊ ꝓpt̃ alia nõ-
nulla nõ imerito reprobauit eccl̃ia. hec
ille. Et Hieroꝰ ad Palmachiũ inq̇t. Si
mihi creditis origenista nunq̃ fui: ⁊ si
nõ creditis nũc eẽ cessaui. Male sentit
de filio: peius de spũ scõ: aiarum de celo
ruinã impie ꝓtulit: verã totiꝰ carnis re-
surrectionẽ negauit. Et idẽ ad Deside-
rium ait. Origenes melior i boĩs peior
in malis fuit: cuiꝰ hereses in libris Peri-
archon quos ipse cõposuit maxime iue-
niri dicũt̃. Et idẽ adũsus Vigilãtiũ sic
loq̇t̃. Opis mei ẽ ⁊ studij multos legẽ
ut ex plurimis diuersos flores carpam
nõ tam ꝓbaturꝰ oĩa q̃ q̄ bona sint ele-
cturꝰ. Assumo multos i manu mea: ut
a multis multa cognoscã. Origenes he-
reticus q̇d ad me ? q̇ illũ in plerisqꝫ he-
reticũ eẽ nõ dubito. Errauit eñi de dia-
boli pnia: errauit ⁊ de aiaꝝ statu: ⁊ q̇d
his deterius ẽ p̃rem ⁊ spm̃ scm̃ in com-
mentarijs Ysaie seraphin eẽ testatꝰ est.
Si errasse nõ dicerẽ: ⁊ hec quottidie nõ
anathematiçarẽ eẽm erroris illiꝰ sociꝰ.
Neqꝫ eñi ita debemus illiꝰ bona suscipe:
ut mala quoqꝫ suscipe videam̃. At idẽ
in multis scripturis bñ interp̃tatus ẽ ⁊
ꝓphetarũ obscura disseruit: ⁊ tã noui q̃
veteris testi reuelauit maxima sacra. ꝫ
ille. Secundũ dubiũ erat vtrũ mali
angeli sint i inferno. Et ad ꝫ rñdet dñs
Boñ. di. 6. 2. li. d. cũ Alexãdro de ales
in. 2. volumine sũme. ꝙ locꝰ demonuꝫ
pꝰ lapsũ vsqꝫ ad diẽ iudicij nõ ẽ locus
subterraneꝰ quẽ vocamꝰ infernũ: ꝫ aer
caliginosus in quo gnãlit̃ demonũ ha-
bitat mlt̃itudo. Vtrũ aũt aliqui detru-
si sint i infernũ: ꝫ ego nescio nec iuenio
determiatũ a scis. hoc aũt bene credo ꝙ
aliqui descẽdẽt ad torquẽdas aias ꝫm
ꝙ habẽt inter se deputata maledictiõis
officia. Si etiã in isto aere puniãt̃ pena
ignis diuersi sentiũt diuersa. Quidam
dicũt ꝙ sic. licꝫ minus intẽse q̃ pꝰ iudi-
ciũ. Alij aũt dicũt ꝙ talis pena differt̃
eis usqꝫ ad iudiciũ. ⁊ interim grauẽ pe-
nã suscipiũt: ex eo ꝙ sũt in isto aere ca-
liginoso: q̇a locus i quo cõditi sũt erat
celum empyreũ quod est luminosũ ⁊ est
eis locus nãlis ad quẽ nõ pñt ampliꝰ
reuerti. Tertiũ dubiũ ꝓpositũ ẽ vtrũ
ꝑ scripturas ꝓbari possit ꝙ nũq̃ diaboli
saluabunt̃. Et ad ꝫ Augꝰ. 21. li. de ci.
dei. c. 23. inducit duas auctoritates.
Una est Joh. Apoc. 20. d. Diabolus q̇
seducebat eos: missus est i stagnũ ignis
⁊ sulphuris: vbi bestia ⁊ pseudo ꝓphe
cruciabũt̃ die ac nocte i scl̃a scl̃oꝝ. Alia
est auctoritas xp̃i qui Math. 25. ait.
Ite maledicti in ignẽ et̃nũ: qui parat̃
est diabolo ⁊ angel' eiꝰ. Ex q̇bꝰ sic Augꝰ
d. ꝙ hic dr̃ in et̃nũ: ibi dr̃ in scl̃a scl̃oꝝ.
Quibꝰ ꝟbis scriptura dina nihil aliud
significare ꝯsueuit: nisi ꝙ finẽ tẽporis
nũq̃ hꝫ. Jõ Augꝰ audacter i li. de fide
ad Petrũ sic loq̇t̃. Firmissime crede dia
bolũ ⁊ angelos eius in ignẽ et̃nũ a xp̃o
eẽ mittẽdos vbi nũq̃ carebũt pẽa quã
eis p̃parauit dina iusticia. Si igit̃ deꝰ tã
dure puniuit angelos q̇a peccauerũt ⁊
in malicia sua obstinati ꝑmãserũt. quõ
securi sũt trãsgressores hoĩes diuinorũ
p̃ceptoꝝ? O reꝓbi offensores maiestat̃

diuine. o ꝓ̄sumptuosi ⁊ temerarij execu
tores diuꝫ malarũ affectionũ: cur non
timetis? cur nõ pauescitis? cur deniqꝫ
nõ cõpũgimini ad cõminātē vocē summi
dei? Ipse q̇dē ut in sermone ꝓ̄cedēti pꝫ
ad vos clamitat. Nisi ꝯuersi fueritis sicut
angelis nõ pepci nec vobis parcā. sicut
angelos a sedibꝰ celi eieci ita ⁊ vos eij-
ciam. sicut illos ꝑpetuo cruciandos dā-
naui: ita ⁊ vos dānabo. O tremēda iu-
sticia dei cui resistere nullꝰ pōt: nõ hoies
nõ angeli spũs potentissimi.

Qualiter iusticia dei dānabit oēs in-
fideles. ⁊ q̇d sentiendũ ē de paruulis. de
phis ⁊ alijs infidelibus. Caplm. 2.

SEcundo ꝓponimꝰ ꝯsiderandaꝫ
terribilē iusticiā dei ex ꝑte infi-
deliũ pctōꝝ. q̇s oēs quotq̇t fue-
rũt quot sũt uel erũt cũ infidelitate mo
rientes damnationi ꝑpetue deputauit.
Sciendũ tñ ꝙ triplex ē infidelitas. pᵃ
puuloꝝ. 2ᵃ phoꝝ. 3ᵃ maliciosorum.

Prima est ĩfidelitas puuloꝝ: ⁊ h̄ di-
citur ſm purā negationē: ex hoc solo ꝙ
puuli nõ habēt fidē. Et h̄ ſm Tho. 2. 2
q. x. nõ habet rōnē pcti: ſ; magis pene.
q̇a talis ignorātia diuoꝝ ex pctō ꝓ̄moꝝ
parentũ secuta ē. Jdō q̇ cum tali infide-
litate moriũt dānāt quidē nõ ꝓpter in-
fidelitatis pctm̄: ſ; ꝓpt originalē culpā
ab illis ꝯtractā: ita ꝙ oēs puuli sine ba
ptismo morientes: ⁊ in lege veteri sine
alijs remedijs ꝯtra pctm̄ originale ad-
hibitis erant de numero dānatoꝝ. Ve-
rũtñ de illis dubitari solet vtrũ puniē-
di sint pena mālis ignis: qm̄ Augꝰ de
fide ad Petrũ ait. Firmissime tene puu-
los q̇ sine sacro baptismatis de hoc sclo
trāseũt eterni ignis supplicio sempitno
puniendos. Et idē in Encħ. cõtrariuꝫ
videt dicere. Mitissima inq̇t sane eorũ
erit pena q̇ pret̄ pctm̄ qd̄ originalit̄ cõ-
traxerũt nullũ insuꝑ addiderunt. sed si
punirent pena ignis: nõ esset mitissima
Jdō dicit. d. Bon̄. i. 2. dis. 33. Vel quidā
attēdentes rigorē diue iusticie ac sniaꝫ
qua deus hoieꝫ ꝑ vno modico mortali
in quo momētanea ⁊ q̄si nulla fuit de-
lectatio cruciat et̄naliter dicũt ꝙ puuli
cremabunt igne māli. longe tñ minus
ꝙ̄ illi qui peccauerũt pctō actuali. ⁊ hoc
dicũt sensisse Augꝰ. cum dixit in Encħ.
penā puuloꝝ eē mitissimā. Et i li. d̄ fide
ad Petrũ ait. Paruuli cruciabũt et̄no
supplicio. Mitissimā eni illā vocat non
absolute: ſ; respcũ alioꝝ. Sed cũ valde
durũ videat ꝙ deus tā dure tam aspe
agat cum puulis sic decedentibꝰ. idō alia
extat positio mitior que magis ꝯcordat
pietati fidei ⁊ iudicio rōnis. Vel q̇a par-
uuli decedētes cũ originali culpa carēt
iusticia ⁊ spũs sci gr̄a que est pignꝰ he-
reditatis eterne priuant in et̄nũ visiōe
dei. Quia nõ in carne fuit feditas: ideo
ponent in loco vili utpote infernali. Sꝫ
q̇a nõ habuerũt i se actualē delectatōēꝫ
pcti nec in spũ neci carne: idō nõ sentiũt
pene ignis acerbitatē. Et huic opiniōi
inheret magister i lrā ⁊ in tex. Ad dictũ
ꝟo Augꝰ. palł. in li. de fide ad Petrum
dicere possumꝰ ꝙ ipse sic locutꝰ ē nõ in-
tendens dicē ꝙ puuli sensibiliter cru-
cient: ſ; potiꝰ manifestare voluit penam
eoꝝ ꝙ̄tũ ad carētiā visiōis dei ⁊ ꝙ̄tum
etiā ad vilitatē loci. Et h̄ valde abun-
dant exꝓ̄mit plus dicēs ⁊ minꝰ volens
intelligi. Nec sine cā sic loq̇t. Facit eni
h̄ ad extirpandā illā heresim q̇ dicebat
puulos nulla pena puniri. Unde sicut
in moribꝰ documentũ est: ꝙ qui vult ab
vno extremoꝝ ꝑuenire ad mediuꝫ debet
declinare ad aliud extremuꝫ sicut docet
phs. 2. eth. c. 9. Nõ puniēt ḡ puuli pēa
sensus ⁊ māl ignis: ſ; pēa dāni ⁊ carētia
visiōis diue. Utꝝ āt isit eis aliq̇s dolor
intior satis apud doctos dubiũ ē. Qui-
dā n. voluerũt dicē ꝙ carebũt cognitōē
⁊ dolore. Cognitōē q̇dē exigēte dei iusti
cia: ⁊ dolore exigēte mīa diua. Justicia
nāqꝫ exigit ut ñ det eis pꝰ hāc vitā donũ
aliq̇d cognitōis qd̄ i hac vita ñ habue-
rũt. Uñ sic caruerũt cognitōē fidei ⁊ oī
gnē cognitiōis itellectiue illi q̇ mortui
sũt añ vsũ rōnis sic etiā carebũt pꝰ hāc
vitā nec diuturnitate tpis addiscēt. Mīa
exigit ut nõ hēant penā actualē dolorij cũ

non habuerint maculã actualis culpe.
⁊ ideo iusto suo iudicio priuat eos deꝰ
oi eorũ cognitione q̃ pñt eis inferre do‑
lorẽ. Meliꝰ ẽ eni talia ignorare ꝙ̃ scire
Sꝫ q̇a difficile ẽ itelligere ꝙ aia sepata
nõ habeat vsũ rõnis: ⁊ non cog̃scat ea
saltẽ quoꝝ cognitio ẽ ei nãliter inserta
cũ ex ꝑte corꝑis ipedimentũ nõ habeat
Jõ alij alit̃ opinant̃. s. ꝙ aie paruulorũ
⁊ habebũt cognitionẽ: ⁊ habebũt dolo‑
rem. Sciẽt eni ꝓpter q̇d facte sũt: ⁊ sciẽt
se ab illo bono merito originalis culpe
esse priuatos: ⁊ tñ nõ habebũt dolorem
q̇ mereat̃ dici vermis q̇a nõ habebũt re‑
morsũ ꝙ ꝑdiderint illud bonũ ꝓpt̃ ꝓpriã
negligentiã ⁊ ꝯtẽptũ. Et ꝓ tanto dolor
eorũ erit multo mitior ꝙ̃ dolor adul‑
torum. Sed opinio ista bene stare non
põt: tũ ꝓpter h̄ ꝙ dolor ille ẽ absq; spe. ⁊
ita cũ murmure ⁊ desꝑatiõe: tũ etiã q̇a
dolor aie redundat in carnẽ. Et si talis
dolor ex deliberatoẽ procedit non videt̃
eẽ absq; actuali obligatione. Propt̃ea
est tertius modꝰ dicẽdi ꝓbabilior ⁊ cõ‑
munior. Qr aie ꝑuuloꝝ carebũt actua‑
li dolore ⁊ afflictione: nõ tñ carebũt co‑
gnitioẽ. ⁊ h̄ põt satꝭ rõnabilit̃ intelligi ꝑ
hũc modũ. Decedẽtes eni in solo origi‑
nali mediũ tenẽt int̃ hñtes grãm ⁊ cul‑
pam actualẽ. Et qm̃ statꝰ retributiõis
dꝫ rñdere statui vite pñtis: in tali statu
debẽt aie ꝑuulorũ poni: ut q̃si mediũ te‑
neant inter btõs ⁊ eťnis ignibꝰ crucia‑
tos. Qm̃ g̊ bti carent malo pene sensibi‑
lis: ⁊ cũ hoc habẽt dei visionẽ. dãnati
ecõtrario sũt in tenebris ⁊ puniũt̃ pena
sensibili. Paruuli ſm ordinẽ rectũ dine
equitatis debẽt coicare in vno cũ dam‑
natis ⁊ in alio cũ btis. Sed nõ possunt
coicare cũ btis in hñdo diuinã pñtiam
q̇a tũc in nullo coicarẽt cum dãnatis.
Pñtia eni visionis dei non stat cũ pena
sensibili. Jõ cũ btis coicant in h̄ ꝙ ca‑
rent oi afflictione exťiori ⁊ inťiori. cuꝫ
dãnatis ṽo in hoc ꝙ priuãt̃ visione dei
⁊ lucis corꝑalis. Paruuli igit̃ sic dino
iudicio inter btõs ⁊ simpliciter miseros
quasi in medio ꝯstituti h̄ nouerunt. Et

cum ex vna ꝑte ꝯsideratio generet deso‑
lationẽ. ex altera cõsolationẽ: ita equa
lance dino iudicio eoꝝ cognitio ⁊ affe‑
ctio librant̃ ⁊ in tali statu ꝑpetuant̃ ut
nec tristicia deijciat nec leticia reficiat.
Et in h̄ mirabilis ostendit̃ ordo diuine
sapie que cuncta nouit suis locis dispo
nere ⁊ ad suã gloriã ordinare. Nã sicut
in btis potissime manifestat̃ mĩa ⁊ i dã‑
natis iusticia: ita i istis mĩa simul ⁊ iu‑
sticia. ⁊ ex hoc patꝫ ꝙ nõ facit deꝰ aias
frustra quas nouit de corꝑe ante susce‑
ptionẽ baptismatꝭ egressuras. Oia eni
facit deus ad suã gloriã manifestandã.
Uñ si tu queras quid ꝑuuli faciũt vtꝝ
addiscant uel ꝯferãt uel aliq̇d opꝰ exer‑
ceant. breuiter ego rñdeo ꝙ dine iusti‑
cie eq̇tas ⁊ imutabilitas in eodẽ statu
ꝙ̃tum ad corꝑa ⁊ ꝙ̃tũ ad aias siue ad
cognitiuã. ⁊ quo ad effectiuã ꝑpetualit̃
eos ꝯsolidat: ut nec ꝓficiãt: nec deficiãt
nec letent̃: nec tristent̃: ſ ſp sic vniformi
ter maneãt: ut sint maťia laudãdi dinũ
iudiciũ: q̇d sic equũ ⁊ iustũ ẽ ut nulluꝫ
malũ relinq̇t ipunitũ ⁊ nullũ bonũ ir‑
remuneratũ ⁊ ꝑfectissime teneat mediũ
int̃ suꝑfluũ ⁊ diminutũ. hec Boñ. Ego
aũt dico ꝙ difficile ẽ assignare ꝑuuloꝝ
dãnatoꝝ q̇litatẽ ⁊ ꝯditionẽ. Nobis tñ
sufficere debet ꝙ dei iusticia eos ꝑpetuo
ꝯdẽnabit. Et in h̄ redarguende sũt libi‑
dinose matres fornicarie ⁊ adultẽ imo
filicide quarũ culpa fit sepenumero ut
ul' in vťo ul' extra vterũ ꝑuuli inťficiãt̃
O nephãdissimũ scelꝰ. o detestãdũ ma‑
lum q̊ fit ut aie sil' ⁊ corpora ꝑimant̃.
2ᵐ. infidelitas ẽ moraliũ phoꝝ q̇ ſm
rõnis regulã vixerũt extollẽtes ṽtutes
vitia ṽo reꝓbãtes: tñ fidẽ nõ habuerũt
nec implicitã nec explicitã. Qui ꝓfecto
oẽs ex dina iusticia cũ dãnatꝭ sũt depu‑
tati. Nec durũ videri dꝫ ista sentire de
sapiẽtibꝰ hꝰ sc̃li. Qm̃ ut inq̇t Paulꝰ ad
Ro. i. Inexcusabiles sũt q̇a cũ cog̃uis‑
sent deũ nõ sic̃ deũ g̃lificarũt aut grãs
egerũt: ſ euanuerũt i cogitatiõibꝰ suis
⁊ obscuratũ ẽ insipiẽs cor eoꝝ ⁊ dicen
tes se eẽ sapiẽtes stulti facti sũt. 3ᵐ est

infidelitas maliciosoꝝ: que ſm Tho. z
z. q. x. eſt p ꝯtrarietatem ad fidē: qñ. ſ.
aliqs repugnat auditui fidei uel ipſam
ꝯtēnit. ⁊ in h̄ ꝓprie ꝑficit rō infidelitatꝪ
q̄ pctm̄ eſt mortale. Et i hac implicati
ſūt iudei idolatre machometani: ⁊ alij
ꝯdicentes xp̄iane fidei quoꝝ ꝓch dolor
grādis ē numerꝰ: ideoq; dei iuſticia dam
nabit ad inferos etiā ſi alia pctā nō ha-
berent. Nec valet opinio illoꝝ q̄ dicunt
vnūquēq; in ſua fide uel lege ex q̄ credit
eam bonā poſſe ſaluari: qa ut ſcribit ex
de ſūma tri. ⁊ fi. ca. vna eſt fideliū vl'is
eccl'ia extra quā nullꝰ oio ſaluat. Et de
hac Cyprianꝰ. z4. q. i. c. loquit. Hanc
vnā eccl'iaȝ in cātico cāticoꝝ ſpūs ſcūs
ex ꝑſona xp̄i dn̄i deſignat. d. Una ē co-
lumba mea: formoſa mea. Hāc eccleſie
vnitateȝ ⁊ btūs Paulus docet ⁊ ſacrm̄
vnitatis oñdit. d. Unus deꝰ vna fides
vnū baptiſma. vnū corpꝰ. ⁊ vnus ſpūs
vna ſpes vocatiōis nr̄e. Ad idē ē. c. qm̄
vetꝰ. z4. q. i. ⁊. c. aliud. de ꝯſe. di. 4.

Qualit̄ iuſticia dei dānabit omnes
malos xp̄ianos ſine penitētia morien-
tes. ⁊ q̄re pena eoꝝ grauior erit aliorū.

Tertio ꝓponimus/ Caplm. 3.
ꝯſiderandā acerrimā iuſticiam
dei ex ꝑte xp̄ianoꝝ falſoꝝ quos
cū diabol' ⁊ infidelibꝰ ſi in pctō moriāt
ꝯdēnabit. Et ad h̄ clarius intelligēduȝ
de illoꝝ dānatiōe nōbimus tria. p̄ ve-
rificationē. z°. rōnē. 3°. grauationem

Primo nōbimꝰ verificationē. Uñ. ſ.
verificari pōt q̄ xp̄iani mali cū impnia
moriētes ſaluari nō poſſint. Ad h̄ ſuffi-
ciat audire Aug. i li. ō fide ad Petꝝ. d.
Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ dubites: nō
oēs q̄ intra eccl'iam catholicā baptiçāt
accepturos eē vitā eternā: ſꝫ eos q̄ per-
cepto baptiſmate recte viuūt. i. q̄ abſti-
nuerūt ſe a vitijs ⁊ ꝯcupiſcētijs carnis
Regnū eni celoꝝ ſicut heretici infideleſ
atq; ſciſmatici nō habebūt: ſic catholici
criminoſi poſſidē nō poterūt. Et ſic ani-
moſe locutus ē Augꝰ. ꝓpter v̄ba xp̄i. d.
Math. 7. Nō ois q̄ dicit mihi dn̄e dn̄e
intrabit in regnū celoꝝ. Multi dicent
m̄ i illa die dn̄e: nōne in noīe tuo ꝓpha-
uimus: ⁊ in noīe tuo demonia eiecimꝰ
⁊ in noīe tuo v̄tutes multas fecimus?
Et tunc ꝯfitebor illis: q̄a nūq̄ noui vos
Diſcedite a me omnes q̄ operamini iniq-
tatem. z°. notabimꝰ rōnē q̄re. ſ. bapti-
çati xp̄iani damnabunt. cū Mar. vlt̄.
dicat. Qui crediderit ⁊ baptiçatꝰ fuerit
ſaluus erit. Et ad hoc rn̄det Jacobꝰ. z
c. q̄ fides ſine operibus mortua eſt. Jō
notāda eſt illa Ambꝰ. ſnia q̄ ponit. zz
q. 5. c. Cauete frēs. Cauete inq̄t fratres
mendaciū: q̄a oēs qui amant mēdaciū
filij ſūt diaboli. Mēdaciū nāq; ē xp̄ia-
nū ſe dicere ⁊ opa xp̄i nō facere. Men-
dacium nō ſolū in falſis v̄bis: ſꝫ i ſimu-
latis conſiſtit operibus. Et ut Aug. dic
in. 4. de doctrina xp̄iana. Ex ſacro vn-
ctionis xp̄ianoꝝ oiuȝ vocabulū deſcen-
dit ⁊ nomē: qd̄ nomē ille fruſtra ſortit
qui xp̄m minime imitat. Quid mirum
igit ſi ꝯ malos xp̄ianos ſeuiet iuſticia
diuina qñ ⁊ ipſi criminoſi flagitioſi vi-
tioſiſſimi repiunt? Heu heu nō ſoluȝ de
infidelibus: ſꝫ ⁊ de xp̄ianis dici pōt illud
ꝓphete. Corrupti ſunt ⁊ abhominabiles
facti ſūt in ſtudijs ſuis. nō eſt qui faciat
bonū. nam baptiſmate dūtaxat excepto
tpibus iſtis deteriores ſūt i malis mo-
ribus xp̄iani q̄ iudei ſiue gentiles. Nō
eſt in eis hoc eſt ꝓ maiori ꝑte in pluribꝰ
fides: nō religio: nō pietas: nō reuerētia
nō timor: nō amor dei: nō çelus: nō iu-
ſticia: nō ſimplicitas: nō rectitudo: non
veritas: nō innocentia: nō cōpaſſio: nō
libalitas: nō humilitas: nō māſuetudo
nō modeſtia: nō cōtinentia: nō ſobrie-
tas: non pudicitia: nō caſtitas. Quin-
imo vbiq; regnāt vitia ꝯria: hereſes: ſu-
ꝑſtitiōes erronee: crudelitates: irreuerē-
tia ad ſacra: p̄ſūptio: amor ſcl'i: tepidi-
tas: iīuſticia: duplicitas: fraudulētia
falſitas: nequitia: auaritia: ſymonia: ſu-
perbia: inuidia: odiū: incōtinētia: laſci-
uia in omni abhominatiōe: blaſphemie
ſacrilegia ⁊ hꝰ. O xp̄iani tm̄ noie ⁊ nō
re. o xp̄iani oi dolo ⁊ malignitate pleni
quo itis. quo itis? quoue ſpatis ire cū

mendaciū

tanta mole vitiorꝫ vrorꝫ? certe vobis di-
co ꝙ nisi redieritis ad ꝟtutū semitā ⁊ ad
pniaȝ habitabitis i inferno qm̄ ut dictū
ē sic exigit dina iusticia. 3.º nobim⁹ de
dānatōe xpianorꝫ falsorꝫ ḡuatione. Nā
ceteris parib⁹ ḡui⁹ i inferno punientur
xpiani falsi ꝙ ifideles dānati. qḋ ꝯstat
exemplo Macharij alexādrini in cui⁹
vita legiť ꝙ q̄dā die dū ipse deābularet
i heremo repit caput cuiusdā defūcti: ⁊
dū orasset: interogauit cui⁹ caput illud
fuerit. ⁊ rn̄dit se fuisse pagani cuiusdā.
Dixit ei Mach. Ubi ē aīa tua? Rn̄dit
in inferno. Cūqꝫ reqreret si multuȝ i ꝓ-
fundo eēt. rn̄dit ꝙ tantū quātū distat ce
lum a t̄ra. Cui Machari⁹. Sūt ne ali-
qui ꝓfūdiores? Cui ille. Profūdiores
sunt oībus falsi xpiani qui xpi sanguīe
redempti. ⁊ sacro baptismate mundati
tot bn̄ficia ꝑuipendunt. Sollicite ḡ cu-
remus oēs errata corrigē de pctis que
cōmisim⁹ dū facultas adest: dū temp⁹
dať verā agere pniam: ut sic euadam⁹
mortē gehēne a q̄ nos liberet bn̄dictus
deus dei fili⁹ xpus ihs: qui est bn̄dict⁹
in secula seculorū. Amen.

Feria quinta p⁹ dn̄icā in sexagesima de grauitate pene damnatorum. contra illos q̇ dicūt leui cruciatu terreri damnatos. Sermo. iz.

CRuciabū-
tur die ac nocte i se-
cula seculorū. Scri-
bunť hec ꝟba Apoc.
zo. c. Satis dura ⁊
isensibilia sūt corda
illorꝫ q̇ nō pauescūt: nō timēt neqꝫ mo-
uenť ad vocē t̄ribilis iusticie dei cui ꝑ-
fecto nulla ꝟtus creature resistere nec
i mīmo q̇dē pōt. Nā licȝ in supioribus
mlťa dicta sint de illa: tn̄ adhuc nō nul-
la occurrūt declarāda q̇b⁹ merito com-
pūgi dȝ vniuscuiusqꝫ pctōris mens ex-
cecata. Nō loq̇m̄ somniū nō recitamus
fabulas cū narram⁹ seueritatē iustissimi
⁊ oīpotētis dei q̇ oīuȝ iniq̇tatū asprim⁹
vltor ē. Idcirco cū timore audiēda sūt
eloq̇a dinarū scripturarꝫ q̄ ꝑ emēdatiōē
nr̄a manifestant nobis ꝙ ḡuis ⁊ dura
erit dānatorū pena de q̇bus diciť i the-
mate. Cruciabunť in penis atrocissi-
mis ꝑ infinita secula. In q̇b⁹ verbis de
ḡuitate pene dānatorū assignabimus
triplicem rationem

Prima diciť localitatis.
Secunda horribilitatis
Tertia eternitatis.

Cur grauissima erit dānatorꝫ pena. ꝓpť horribiles ꝯditiōes inferni. ⁊ de inferni veritate ⁊ qualitate. Capl'm. j.

PRima rō quare ḡuissima ē dā-
natorū pena diciť localitatis.
Nā ꝯcludēť in loco satis iepto
s. in iferno. in q̄ tres sūt penales ꝯditio-
nes videlicȝ. p.ª diciť vilitatis. z.ª te-
nebrositatis. 3.ª pauptatis. Prima pe-
nalis ꝯditio inferni ⁊ loci dānatorꝫ dr̄
vilitatis. Est infern⁹ loc⁹ vilissimus in
cētro t̄re velut carcer dānatorꝫ a deo sa
pientissimo ordinat⁹. Neqꝫ fictio est sic
Tulli⁹ inuectiuarū i Catilinā. li. 4. vi-
deť asserē. Ut inq̇t aliqua formido im-
probis esset posita apud inferos. antiq̇
supplicia impijs ꝯstituta eē voluerunt.
In q̇b⁹ ꝟbis q̄si videť inuere ꝙ ad t̄ro-
rem ipiorꝫ sapiētes ficte de inferis sunt
locuti. Sȝ talem errorē elimināt ⁊ de-
struūt maxime tria q̇b⁹ ꝓbať iferni ve-
ritas merito cū timore excogitāda. Pri
mū est theologicalis rō. Secūdū scri-
pture ꝯfirmatio. Tertiū fidei cōfessio.
Primū qḋ ondit inferni ꝟitatem est
theologicalis rō. nā ut colligiť ex dictis
sci Tho. Ric. de media villa. ⁊ d. Bon.
in. 4. di. 44. Sicut se habȝ mīa dei ad
electos: ita se hȝ eius iusticia ad repro-
bos ⁊ malignos. ḡ mīa dei ꝑpauit electis
locū deliciosū ⁊ amenū. celū. s. empyreū
in q̄ eťnaliter ꝑmanebūt. Ergo iusticia
ꝑpauit repbis ⁊ malignis locū vilissi-
mū ⁊ horrēdū in quo eťnaliť cruciabūť
Ista rō fūdať sup dictis Aug. q. 19. li. de
ci. dei. c. 13. ait. Ordo ē pariū dispariūqꝫ
rerū sua cuiqꝫ loca tribuens dispositio.
Et li. 5. ibidē. c. 9. d. De⁹ nihil iordina-

tum relinq̇t. Ergo vnicuiq; rei locū tri-
buit suo ponderi conuenientem. Sed
qḋ ē pondꝰ in corpibꝰ ē amor i spiritibꝰ
⁊ creaturis rōnalibꝰ. Uñ idē Augꝰ. xi
li. de ciui. dei. c. 28. inq̇t. Ita corpꝰ pōdē
sicut animus amore fert. Et. 13. li. ꝯfes.
Amor meꝰ pondꝰ meū eo feror q̄cūq;
feror. Ergo sicut deꝰ ordinat corpa in
suis locis ſm exigentiā suoꝝ nālīū pon
derū: sic ordinat creaturas rōnales in
locis ſm exigētiā amoꝝ. Ex q̄ sic electi
sūt in celo: q̇a celestia terrenis ꝑposuert
i suo amore: ita reprobi ⁊ erūt ⁊ sūt in
loco infimo: q̇a in suo amore infima ⁊
t̄rena supiorībꝰ ⁊ celestibus ꝑposuerūt
Locus aūt oiuz infimꝰ ē in cētro terre.
Jō sub t̄ra in cētro infernꝰ est. Uñ Isi-
dorꝰ li. 14. ethimol. Infernꝰ dicit̄ q̄i in-
ferius. Et hāc rōnē secutꝰ ē Zeno phs
de q̄ sic inq̇t Lactā. in. 6. li. di. insti. Esse
i. [illegible] Zeno stoicꝰ docuit ⁊ sedes pioꝝ
ab [illegible] esse discretas: ⁊ illos q̇dē quie-
tas ac delectabiles incolē regiōēs. hos
ꝟo penas luere i tenebrosis locis atq;
i ceni voraginibꝰ horrēdis. Et Señ. in
tragedijs. Ingens vorago faucibꝰ va-
stis patet. latūq; pādit oibus ꝑplis iter

Secūdū qḋ ostendit inferni ꝟitatez
est scripture testificatio. Ois nāq; scri-
ptura tā ꝟtis q̄ꝫ noui testi: tā doctoruz
sacroꝝ q̄ꝫ ⁊ gentiliū moraliūq; phoꝝ
infernū ꝑdicat. Uñ Geñ. 38. Jacob. d.
Descendā ad filiū meū lugēs i infernū.
Et Job. 7. Qui descēdit ad inferos nō
ascēdit. Et idē. 17. c. Si sustinuero in-
fernus domꝰ mea ē. Et idē. 14. Quis m
h tribuat ut i iferno ꝓtegas me. Et idē
21. In pūcto ad inferna descendūt. Et
Dauid i ps. 6. In iferno q̇s ꝯfitebit̄ tibi
Et. ps. 9. Cōuertant̄ pctōres i infernū.
⁊ ps. 15. Nō derelinq̄s aiaz meā i iferno.
Et ps. 17. Dolores iferni circūdederūt
me. Et ps. 30. Erubescāt impij ⁊ dedu-
cant̄ i infernū. Et ps. 48. Sicoues in
iferno positi sūt. ⁊ ps. 87. Uita mea in-
ferno appinq̄uit. Et ps. 114. Pericula
inferni inuenerūt me. Et sapiēs ꝓꝟ. 9.
In ꝓfūdū inferni ꝯuiue eiꝰ. Et Eccle-
stes. 9. Corda filioꝝ hoiuz implent̄ ma
licia ⁊ ꝯtēptu i vita sua. ⁊ pꝰ h ad infe-
ros deducēt̄. Et Cant. 8. c. Dura sicut
infernus emulatio. Et Ysa. 14. Infer-
nus subtꝰ ꝯturbatꝰ ē in occursū aduē-
tus tui. Et ibidē. Ad infernū detraheris
in ꝓfundū laci. Et Ezech. 32. Oēs in-
circūcisi interfectiq; gladio descendūt ad
infernū. Et Apoc. 20. Mors ⁊ infer-
nus dederūt mortuos suos. Et Act.
2. Quē deꝰ suscitauit solutis iferni do-
loribꝰ. Et. 2. Pet. 2. Deus angelis pec-
cātibꝰ nō pepcit: ꝫ rudentibꝰ inferni de-
tractos in tartarū tradidit cruciādos.
Et ad Phil. 2. In noie ihu oē. g. fl. c. t.
⁊ infernoꝝ. Et in glo. 13. q. 2. c. tēpꝰ. sup
ꝟbo abdit. Infernꝰ ē ſb t̄ra ⁊ celū sup.
⁊ nō t̄ etiā. 23. q. 4. c. h aūt vita. ⁊ Luc.
16. Mortuꝰ ē diues ⁊ sepultꝰ ē i iferno
⁊ Math. xi. ⁊ tu Capharnauz usq; ad
infernū descēdes. ⁊ Uirg. i. 6. eneidos.
Facilꝭ descensus auerni. Et Señ. i tra-
gedijs. Nūq̄ꝫ stygias fert̄ ad vmbras
iclyta ꝟtꝰ. Nec lethęos seua ꝑ āmes vos
fata trahēt. Sūt ⁊ alie inumē q̄i aucto-
ritates ꝓbātes q̄ꝫ ifernꝰ sit locꝰ subt̄ra-
neus deputatꝰ dānatꝭ q̄s breuitatꝭ cā di
mittimꝰ. Sꝫ icreduli q̇dā stati ſbriden-
do rñdēt scōs ḋ inferis ita fuisse locutos
ut hoies t̄rerēt̄ ꝓut paulo añ cōmēora-
uimꝰ q̇ audire debēt Hiero. ad Palma-
chiū ⁊ Oceanū sic scribētē. An putamꝰ
frēs q̄ꝫ iocādo ꝓphe ꝑdicent. ridēdo lo-
quāt̄ apli. Xp̄s iudiciū infantilit̄ cōmi
net̄: ꝫ ioci nō sūt vbi supplicia intēdūt
Si iocādo passi sūt credāt̄ ⁊ iocādo lo
cuti. Ysaias serra secat̄. Daniel leonibꝰ
deputat̄. Paulꝰ trūcat̄ gladio. Petrꝰ in
crucē dñi exemplo suspēdit̄. ⁊ h totū ut
nos a pctis sua doctria reuocarēt. h ille
O igit̄ ipia. o pūsa. o fraudulenta. o de-
niq; diabolica cogitatio coꝝ qui existi-
mant infernū nō esse: quibꝰ sufficere de-
bent ⁊ satisfacē tot clarissima testimōia

Tertiū qḋ oñdit inferni veritatez est
fidei cōfessio. Nā in symbolo aplorum
dicit̄ de xp̄o. ⁊ scribit̄. c. i. de sūma trini.
⁊ fide catholica. Descendit ad inferos.

Secūda ꝯditio penalis inferni dicit tenebrositas. Est eni infern⁹ locus tenebrosus ⁊ totus obscur⁹. Vñ Math. xx. dicit rex de nō habēte vestē nuptialē. Mittite eū in tenebras exteriores. ⁊ Job. x. Dimitte me inqt ut plangā paululū dolorē meū anteq̄. u. ⁊. n. r. ad. t. t. ⁊ op. m. c. t. m. ⁊. t. u. vm. m. ⁊ nullus or. s. s. horror inhabitat. Nōndū ſm Ric. in. 4. di. 15. q lumē p se est delectabile. p accidēs ṽo pōt esse tristabile. inq̄tū aliquid ostendit qd displicet. ⁊ qa infern⁹ locus est omnis tristicie: idō simplicit locus tenebrosus est in q nō ē aliqd pur lumē qd visū delectet.. Est tñ ibi aliqd lumē obscuritati pmixtū quo damnati vidē possint vnde doleāt. ⁊ h inqt Greg. 9. li. mor. versus finē. d. Ignis inferni q̄uis ad ꝯsolationē nō luceat: tamē ut magis torqueat ad aliqd lucet. Nam sequaces q̄sq3 suos secū i tormēto repbi flamma illustrante visuri sūt: quorū amore deliquerūt. Hoc ipsū in snia dic Isidor⁹ li. i. de sūmo bono. Ignē gehēne ad aliqd lumē habē: ad aliquid ṽo nō habere: hoc est habē lumē ad dānatiōē ut videāt impij vnde doleāt. ⁊ nō habē ad ꝯsolationē ne videāt vnde gaudeāt Apta fuit ꝯpatio de camio triū puerorū ad exemplū ignis gehēne. Nā sic ignis ille nō arsit ad triū puerorū suppliciū: ⁊ arsit ad cōburēda ligamia viculorū: ita ignis gehēne lucebit miserij ad augmētū penarū: ut videāt vnde doleāt: ⁊ non lucebit ad cōsolationē ne videāt vnde gaudeāt. Inter hui⁹ vite ⁊ future infelicitatis miseriā multa discretio ē. Illic eni miseria est pp̄ter cruciationē dolorū ⁊ tenebre pp̄t lucis auersionē: q̄rū vnū in hac vita est. i. miseria. ⁊ aliud nō est. in inferno aūt vtrūq3 est. hec ille. Simpliciter g̃ locus inferni tenebrosus erit ad quē sol nō expandet lumen suū. nō luna nec stelle. in quo nihil videbit nisi qd habet incutē terrorē. sic Exo. x. dr de tenebris egypti. Facte sūt tenebre horribiles i vniuersa t̄ra egypti trib⁹ dieb⁹. nemo vidit frēm suū. nec mouit se d loco in quo erat. Sup que ṽba. d. Nico. de lira. q tenebre ille ideo dicunt horribiles: qa inter illas videbant egyptij visione imaginaria fantasmata quedā ⁊ figuras turpes que nō paruū eis ingerebant timorem. Ita ⁊ in inferno erunt horribiles tenebre: qa damnati int illas ⁊ vere videbūt se mutuo int tormētorū angustias laborantes. ⁊ visione imaginaria inspiciēt malignos spūs q damnatis diuersis modis ⁊ figuris horrendissimis apparebunt. O q̄ dolenda erit hora illa qua miser pctōr intrabit infernum nūq̄ visurus lucē per tot annorū milia ⁊ p⁹ iudiciū p infinita secula. O quātus timor tunc cor eius inuadet cū videbit noctē sine die tam longissimam sibi factā. Nam si hoc in mūdo viderēt hoies noctē ptrahi vsq3 ad mensem uel annū cūcti clamarēt ad sidera: mīam. Inqt Virg. p georgicorū de obscurato sole p⁹ Cesaris mortē. Ille etiā extincto miseratus Cesare romā. Cū caput obscura nitidū ferrugine texit. Impiaq3 etnā timuerūt secula noctem. Que igit mens qualisue anim⁹ fiet damnatis in tenebris iferni vbi nō solū priuati erūt in eternū oi splendore ⁊ luce delectabili verū etiā ut diximus quicqd vidē poterūt accedet eis ad merorē ⁊ luctū. Tertia penalis ꝯditio inferni dr paupertatis Oēs quidem ibi habitantes paupertate affligent ⁊ egestate nimia. ⁊ q in h mūdo affluebāt diuitijs: abūdabāt tpalib⁹ bonis: possidebāt thesauros: ⁊ impabāt alijs: induebant purpura ⁊ bysso: dormiebāt in lectis eburneis: nutriebāt canes: ⁊ pascebāt aues celi: gaudebant in sonis canticis ⁊ choreis: ⁊ letos ducebant dies. oibus his in inferno penitus expoliati guttam aque concupiscent: ⁊ illam habere non poterūt prout expsse redemptor noster aperuit Luc. 16. c. asserens de diuite Epulone q instanter rogabat Abraham quatenus mitteret Laçarū ut intinctū in aquā digitū: non totum: sed extremā partē ad eum deferret: oriq3 ei⁹ iponeret: nec fuit exaudit⁹.

exēplū

De quo Greg. in omel. dicit. Guttam aque petijt q̄ micas panis Laçaro negauit. Jō audiet flebilis vox diuitū z potentū in inferno sic lamētantiū. ut dr̄ Sap. 5. Errauimus a via v̄itat. z iusticie lumen nō luxit nobis z sol intelligentie nō est ortus nobis. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis z pditionis: z ambulauimus vias difficiles. viā aūt dn̄i ignorauim⁹. Quid nobis pfuit supbia nr̄a: aut diuitiaꝝ iactantia q̄d cōtulit nob? Transierūt oia illa tanq̄ vmbra z tāq̄ nunci⁹ pcurrēs: z tanq̄ nauis q̄ ptrāsit fluctu antē aquā: cuius cū ptrāsierit nō est vestigiū inuenire neq̄ semitā carine illius i fluctibus: aut auis q̄ trāsuolat in aere nullū inuenit argumētū itineris illius: s̄ tm̄ sonitus alarū v̄berans leuē ventū z scindēs p vim itiner aerem cōmotis alis trāsuolauit: z post hoc nullū signū itineris inuenit illius: aut tanq̄ sagitta emissa i locū destinatum diuisus aer cōtinuo in se reclusus est ut ignoret trāsitus illi⁹. Sic z nos nati ꝯtinuo desinimus eē z v̄tutis q̄dē signū nullū valuim⁹ ostēdere. Jn malignitate aūt nostra ꝯsūpti sum⁹. h̄ ibi.

// De grauissima erit damnatorū pena ꝓpt lamēta z blasphemias q̄ sūt i inferno z ꝓpt societatē demonū. Capl'm. z.

Secunda rō quare grauissima erit damnatorꝝ pena dicit horribilitatis. Naꝫ inter cetera q̄bus miseri illi afficient dolore tria erūt maxime horribilia. Primū horribilis lamentatio. Secūdū horribilis blasphematio. Tertiū horribilis sociatio. Primū horribile erit lamentatio. Jbi inquit xp̄s erit fletus z stridor dentiū. Scōm v̄o Ric. in. 4. di. 50. Nō erit ibi corpalis fletus inq̄tū est quedā resolutio corpaliū lachrymarū: q̄a talis resolutio tunc non erit. sed pertinet ad corruptibilē statuꝫ: tū erit ibi maxim⁹ dolor intior q̄ significabit p signa i facie z oculis cū turbatione z motu capitis. z cū stridore dentiuꝫ vultusq̄ tristicia. Quisnā explicet quātus meror erit in cordibus dānatorum inter illos strepitus vlulat⁹ atq̄ querelas? O bti qui nunc lugent. ut ait xp̄s Math. 5. q̄m ipsi cōsolabunt. Et Luc. 6. Ue vobis q̄ nūc ridetis: q̄a lugebitis z flebitis. Secūdū horribile erit blasphematio. Pro desperatiōe vtiq̄ blasphemabunt dānati seipsos pentes suos deū z angelos z oēm creaturam Un̄ Apoc. 16. Job. ait. Blasphemauerunt deuꝫ celi p̄ doloribus z vulnerib⁹ suis. Ad h̄ est exemplū q̄d legit i sūma de septē donis. Cū quidā vsurari⁹ infirmaret ad mortē: nec sacerdos vellet ei sacra ꝓferre nisi restituēt uel cautioneꝫ faceret: ille q̄ recusaret. hortabāt ad hoc filij ne ad infernū descenderet moriens Jlle v̄o r̄ndebat. Nescitis q̄d petatis. Si vellem mala ablata restituē: relinquerē vos paupes z egenos. meliusq̄ ē se cōmittē mīe dei q̄ mīe hoiuꝫ. z i hac ptinacia mortuus est vsurarius ille ac in inferno sepultus. Ex filijs aūt eius duobus dixit alter ad alterū. Pater nr̄ damnat⁹ est nō imitemur eū retinendo vsuras p illū extortas: s̄ reddam⁹ creditorib⁹ ut saluari possim⁹. At ille respōdit. Ego meā partē retinebo nec illā restituē curo. Si pr̄ noster vsuras fecit z nō restituit. ipse nō ego penā portem. Alter ergo portionē suā restituit z seculum deserēs dei obsequio se totū tradidit. Dum aūt qui in seculo remāserat mundanis se imergeret. infirmatus ad mortē: nec penitēs secut⁹ est prem. Quō frater audiēs rogauit deū ut pr̄is z fris eius statū ei dignaret oñdere. Una igit dierū cum oraret: vidit trā aptā: z i inferno patrē i flāmis penitus sepultū: z filiū eius fratrē suū iacentē sup eū. maledicebatq̄ pr̄ filiū dicens. Maledicta sit hora in qua te genui fili: z tu sis maledict⁹ q̄a ꝓpter te feci vsuras: nec volui restituere ne te paupem relinquerē: z ꝓpter h̄ erucior i hac flāma. Et filius r̄ndebat. Maledictus sis tu pat z maledicta dies i qua me genuisti: q̄a exemplo tuo docuisti me fenerari: z vsuras extortas noluisti reddere. propter quod

crucior i inferno. Et p⁹ ambo pariter eiu-
lantes blasphemabant cuncta creata ⁊
creatorem illorũ. Qd cernẽs ille seru⁹
dei grãs deo egit qui eũ liberauit de tãto
malo. Tertiũ horribile erit sociatio.
Erunt nãq̧ socij damnatorũ neq̃ssimi
spũs ⁊ maligni diaboli. Quantũ eni sit
eorũ societas dira atq̧ molesta põt co-
gnosci p effect⁹ pestilẽtes quos exercẽt
in illis quos deo pmittẽte obsidẽt i hac
vita. Nam adeo illos turbãt: ⁊ sic gũit
vexant: ut qñq̧ sic obsessi muti aut sur-
di fiant: qñq̧ manib⁹ ꝓprijs seipsos la-
cerẽt ⁊ discerpãt. qñq̧ nisi cathenis cõ-
stringerent̃ etiã domesticos ⁊ amicos
conent̃ opprimere. Quid igit̃ faciẽt dia-
boli cũ illis quos in inferno volẽte deo
ꝓ libitu suo vexare poterũt: si talia agũt
hic cũ his q̃ de eoꝝ manib⁹ ⁊ ptãte pñt
penitus liberari? Null⁹ ꝑfecto aut cogi-
tare aut dicere põt q̃ importabilis erit
dãnatis miseris societas diabolorũ.

// Qr rõnabiliter punit deus dãnatos
pena et̃na seu infinita p duratione licz
actus pcti ƀm se sit finitus ⁊ temporal̃.

Tertia ratio quare / Capl̃m. 3.
grauissima erit dãnatorũ pena
dicit̃ eternitas. Duratura q̧ppe
in scripturis scis ponit̃ pena dãnatorũ
i et̃nũ. ut pz ex dict̃. Verũtñ ut Aug⁹
dicit. xxi. li. de ci. dei. c. xi. Quidã iniustũ
putãt ut pctis quãtũlibz magnis pro
s. tpe ppetrat̃ pena q̃sq̧ dãnet̃ et̃na q̃si
ullius id vnq̃ iusticia legis attẽdat: ut
tanta mora tpis q̃sq̧ puniat̃ quãta mo
ra tpis vnde puniret̃ admisit. Octo ge-
nera penarũ in legib⁹ eẽ scribit Tulli⁹
Damnum. vincula. verbera. talionem.
ignominiã. exilium. mortem. seruitutẽ.
Quid horũ est qd in breue tempus pro
cuiusq̧ pcti celeritate coaptet̃ ut tanta
vindicet̃ morula: quãta dephẽdit̃ ppetra-
tum nisi forte talio? Id eni agit ut hoc
patiat̃ q̃sq̧ qd fecit. Vñ illud est legis.
Oculũ ꝓ oculo dentẽ ꝓ dente. Fieri eni
põt ut tam breui tpe q̃sq̧ amittat oculũ
seueritate vindicte q̃ tulit ipe alteri im-
ꝓbitate pcti. Porro aũt si aliene femie
osculũ infixũ rõnis sit verbere vindicare:
nõne q̃ illud pũcto tpis fecerit incõpabi
li horarũ spacio verberat̃ ⁊ suauitas volu
ptatis exigue diuturno dolore punit̃?
Quid in vinculis? Nũq̃d tamdiu q̃sq̧
iudicãdus ẽ in illis eẽ debere q̃diu fecit
vnde meruit alligari? Hec Aug⁹ Qui
etiã de dãno ignominia exilio ⁊ ƀuitute
ꝯtendit q̧ plerũq̧ infligunt̃ ꝓ momẽ-
taneo quasi delicto lõgo tpe duratura
que iõ eterna eẽ non pñt: quia pñs vita
nõ põt eẽ eterna. Quanto magis g̃ ap-
probanda est dei seuera iusticia q̃ pctã
punit eterna pena: licz i tpe sint cõmissa
Verũtñ ut tante veritati melius anim⁹
acquiescat ex dict̃ scõꝝ tres ƥncipales
rõnes aptissime ꝓducũt̃ q̃bus liq̃do cõ
stat iuste deũ facere cum punit malos
et̃no supplicio. p̃ᵃ rõ ẽ ꝓpt̃ voluntatem.
2ᵃ ꝓpt̃ obiectũ. 3ᵃ ꝓpt̃ cõtemptum.
Prima rõ est ꝓpter voluntatẽ. Nã si
ꝯsideremᵒ in pctõ voluntatẽ. iustũ est ut
pctm̃ dãnatoꝝ eterna pena puniat̃: q̃a
tñ pctm̃ tãtũ graue est: quãtũ voluntas
ad illud ardentiᵒ se inclinat. Et q̃a vo-
luntas maloꝝ q̃diu in hac vita sũt ita
se iclinat ad pctm̃ q̧ semp velit peccare
Ergo iustus iudex q̃ cor aspicit magis
q̃ op⁹ dz eos pena i et̃nũ duratura pu-
nire. Quidnã est q̧ tã multi se sentiunt
morituros: ⁊ tñ peccare non desinũt?
Veniũt ad ianuas mort̃ ⁊ de pctis nõ
dolẽt nisi q̧ sp peccare vellent? qd vtiq̧
ipse deus scrutator cordiũ oculo sapie
sue clarissime intuet̃. Hanc rõnẽ tangit
Greg⁹ 4. li. dial̃. vbi Petrus interrogat
eũ ⁊ dicit. Scire vellem quõ iustũ est ut
culpa q̃ cũ fine ppetrat̃ sine fine pũiat̃.
Et Greg⁹ rñdet. Hoc recte Petre dicẽt̃
si iust⁹ iudex non corda hoiuz sed facta
pensaret. Iniq̃ eni iõ cũ fine deliquerũt
q̃a cũ fine vixerũt. Nã voluissent vtiq̧
si potuissent sine fine viuere. ut potuis-
sent sine fine peccare. Ostendũt eni q̃a
in pctõ sp viuere cupiũt q̃ nũq̃ desinũt
peccare dũ viuũt. Ad magnã g̃ iusticiã
iudicãtis ptinet ut nũq̃ careant suppli-
cio: qui in hac vita nũq̃ voluerũt carẽ

pctō.h ille. Que vba etiā habent̄ de pe.
dis.i.c.voluissent. Et ad h facit illud qd
scribit̄.93.di.c. Diaconi sūt. vbi sic h̄r.
Moderatio dei ac pietas solū nostruz
reditū q̄rit ac nos cupit longa bonitate
sua saluari. Si nō conuertimur.si duri
colli sumus.si in pctis vsq̄ ad mortem
illicite pduramus.assidue peccātiuz nō
miseret̄ deus. Ad idē est.c. Legat⁹.14.
q.2. Aug⁹ insup de pe.di.7.c.vlt̄.in fi.
ait. Qui impenitēs morit̄.oio morit̄ ⁊
eternaliter cruciat̄. Qui aūt impenitēs
finit̄: si sp viueret semp peccaret. Se-
cunda rō quare de⁹ iuste et̄nalit̄ dānat
⁊ punit iniquos.ē ppter obiectū. Que-
libet eni offensa ɔsiderat̄ nō solū respcū
actus: s respcū dignitatis illi⁹ q̄ offen-
ditur. Quāto etenim psona q̄ offendit̄
dignior ē:tāto culpa i illā cōmissa gra-
uior.⁊ p ɔñs pena dz esse durior. Sic
q̄ regē offendit grauius punit̄ q̄ q̄ offen-
dit suū famulū uel aliquē rusticū. Qui
g̃ mortaliter peccat: deū q̄ est infinituz
bonū offendit.⁊ caritatē p quā ē socie-
tas btōr.g̃ tam visione dei q̄ btōr so-
cietate et̄naliter priuari debet ⁊ eterna
pena puniri. Bernard⁹ āt sup Cant̄.d.
q̄ q̄ mortaliter peccat vult nō esse deū.
qd sic pbat. Qui vult deū aut impoten
tem aut iniustū aut insipientē esse vult
deū nō eē. s q̄ mortalit̄ peccat vellet deū
aut sua pctā nescire: aut vindicare non
posse: aut vindicare nolle.g̃ vellet deuz
nō eē deū.⁊ q̄ vult deū nō eē deū: merito
puniend⁹ ē eterno supplicio. 3ª rō q̄re
iuste de⁹ malos et̄nalit̄ dānat.ē ppt̄ cō-
tēptū. Pctōres nāq̄ ɔtēnūt ifinitū bo-
nū ⁊ et̄nū gaudiū qd potuissent eligē: ⁊
q̄a volūtarie elegerūt eternū malū iuste
illis et̄na supplicia cōdonāt̄. Vñ Aug⁹
21.li.de ci.dei.c.12.inq̄t. Fact⁹ est malo
dign⁹ eterno qui in se pemit bonū qd eē
posset et̄nū.h ille. Audiūt siq̄dē pctōres
scripturas clamātes,pmittentesq̄ tā fe-
licissima ⁊ copiosa bona atq̄ iocunda
in regno celor amicis dei.⁊ ipsi de his
nō curāt. Vocat eos deus p dicta scōr
p hortamenta pphārū: p instructiones
doctor: p terrores cōminationū: p sua-
uitatemq̄ bñficiorū. Venite inquit ad
cenam magnā: ad iocunda gaudia: ad
paradisi delicias: vbi bonū absq̄ malo
⁊ leticia est absq̄ merore. Et tamē im-
pij sic blandientē deū nolūt audire. q̄n-
imo ipsū q̄ntū possunt suis malis operi-
bus impugnāt ⁊ psequūt̄. O benedicti
dei ordinata iusticia que malos et̄nis
cruciatibus deputasti. null⁹ pfecto de
te conqueri pōt. O miserabilis dānato-
rum conditio que tantā expit̄ seuerita-
tem: ut finem illorum pena nunq̄ susci-
piat. Duruz esset homini sano p diem ⁊
noctem assidere lecto: ⁊ i eius mollitie
volutari. Durū esset cuiq̄ dissoluto iu-
ueni p lōga spacia cū formosis iuuen-
culis puellisq̄ ornatissimis choriçare.
Dur esset muliercule cuicūq̄ corporis
ornamēta nō deponere. Et ut expientia
docet h ⁊ hi⁹ q̄ solatiose ⁊ delectabiliter
fieri solēt fastidium inducūt assiduitate
sui. Heu inq̄ heu cur dormiūt pctōres?
Cur nō euigilāt? Cur nō corrigūt ma-
lā vitā? Cur nō ɔsiderāt q̄ eis pati sūt
in inferno cruciat⁹ horrēdi? Et tñ semp
ibi hitabūt p⁹ cētū ānos: p⁹ mille: post
milia miliū: imo nūq̄ pena ipsor termi
nabit̄. O aīa sterilis. o aīa dura. o aīa
insensata. o aīa vitiosa q̄d agis? quo-
ue tendis iter. quare ad infernū pperas
ut ibi in et̄nū infelicit̄ viuas? Reuertē
g̃ ad dñm deū tuū q̄ te liberet a piculis
dānatiōis.⁊ tibi ɔcedat grām in pñti ⁊
in futuro glīam: in q̄ viuit ⁊ regnat de⁹
p infinita secula seculorū. Amen.

Feria sexta post dñicā in sexagesima de grauitate pene dānatorū. cōtra illos qui plus timent mala vite presentis q̄ future. Sermo.13.

Cruciabūtur die ac nocte i secula sclor. Apoc̄.20. Magna profe-
cto detestabilisq̄ est crude-
litas eorū q̄ cog̃scētes ppt̄ sua pctā imi
nē sibi ītitū dānatiōis et̄ne nō timēt: n̄
formidant: nō corrigūt suā vitā malā.

Quidnã mag vnusqsq; ꝯtimescẽ debꝫ ꝙ̃ cruciatus acerbissimos. atrocesq; penas ac luct⁹ intolerabiles inferni? Timent pleriq; in hac vita exñtes labores angustias. pauꝑtatẽ. egritudines. illatas ꝯtumelias. damna. ſuitutẽ. exilia. carceres. tẽpestatẽ aeris. vehemẽtiã ventoꝝ. aliaq; ꝑicula qb⁹ vexari solet mortaliũ gen⁹. Sed reuera si recte saperent magis timẽ deberẽt ad inferna descẽdẽ vbi labores. angustie. tormẽta. calamitas. luctus. gemit⁹. suspiria. clamores lamẽta. blasphemie. fames ⁊ sitis. ignominia. ⁊ ardor ignis ⁊c̃. quib⁹ dãnati molestabũť ⁊ nũq̃ deficiẽt. Et qm̃ nõ parũ ꝓdesse põt vnicuiq; talia cogitãti ad contritionẽ ⁊ delectionem pctõꝝ: idcirco adhuc in pñti sermone de grauitate pene dãnatoꝝ aliquid ꝓsequemur. Et notabim⁹ tres rõnes ꝓcipuas qb⁹ itelligere valemus dãnatoꝝ penã fore grauissimam.

Prima rõ diciť cognitionis.

Secunda contrariationis.

Tertia desperationis.

// Qꝫ grauissima est dãnatorũ pena eo ꝙ nihil cognoscẽt preť illud q̃ ꝯtristari pñt. ⁊ de illorũ scia. Caplm. j.

PRima rõ ostendens grauitatẽ pene dãnatoꝝ diciť cognitiõis: qa nihil cognoscũt aut cognoscere pñt nisi ea vnde dolere possint atq; ꝯtristari. Ad qȯ pleni⁹ intelligẽdũ tria dubia ꝓponim⁹ declaranda. Primũ est de dãnatoꝝ scia. Secũdũ de nr̃a distãtia. Tertiũ de btõꝝ glĩa. Primũ dubiũ est de dãnatorũ scia. Utrũ. s. damnati vtanť scia i hoc mũdo acq̃sita. Et arguiť ꝙ nõ. ꝑ. qa i vsu scie magna est delectatio. vñ phus. 4. ethi. c. 8. Videť inq̃t phĩa magnas delectationes habẽ ⁊ Lact. in. i. li. di. insti. Nullus est suauior aie cibus ꝙ̃ cognitio ṽitatis. sed damnati nullã habẽt delectatiõẽꝫ sicut nec hñt tristiciã. g̃ nõ vtunť aliqua scia.

2°. arguiť ex illa maxima phi. Si de quo minus videť inesse ⁊ inest. g̃ ⁊ de q̃ magis. sed ꝑ aliquas penas hui⁹ mũdi que minime sũt respectu penarũ inferni ꝑditur vsus scie. g̃ multo forti⁹ deficiet ad penas inferni que maxime ꝓdicanť.

3°. arguiť. qa damnati magis possent cogitare de deo ꝙ̃ de quocunq; alio intelligibili: qa ꝓpinquior est intellectui eorũ. Sed sicut dicit magister sniaꝝ in 4. di. 50. dãnati p⁹ iudiciũ in ꝓfundioribus tenebris erunt vbi nullã lucẽ dei videbunt. g̃ multo minus de quocũq; alio intelligibili cogitabunt. Sed ꝯ̃ argui põt. ꝑ qa Luc. 16. hr̃ ꝙ Abrahaꝫ dixit diuiti dãnato. fili recordare qa recepisti bona i vita tua. qȯ sibi nõ dixisset nisi ille vti potuisset scia acq̃sita in hꝫ mundo. 2°. arguiť. qa dãnati odiunt deũ. sed nullus odit illud de quo nõ cogitat. g̃ dãnati de deo cogitant. ⁊ a simili pñt de alijs cogitare. 3°. arguiť. quia dãnati habẽt remorsũ ꝯscie ⁊ vermem. hꝫ ꝯscia nõ remordet nisi de pctis que cognoscunť. g̃ in dãnatis est vsus scientie Rñdent ad hãc. q. Ric. de media villa ⁊. d. Boñ. in. 4. di. 50. ꝙ dãnati vtunť scia acquisita i hoc mũdo maxime ꝙ̃tũ ad aliq̃. Considerãt eni mala q̃ fecerũt ⁊ bona oꝑa que omiserunt. ut hic vsus scientie sit ad maiorẽ eorũ afflictionẽꝫ.

Ad primũ g̃ argumẽtũ in oppositũ ẽ dicẽdũ ꝙ ꝙ̃uis vsus scie sit ꝑ se delectabilis: tñ ꝑ accidẽs põt eẽ tristabilis In dãnatis eni p⁹ iudiciũ erit eorũ nã ita plene cõprehensa tristicia ut oio sint indispositi ad aliquã delectationeꝫ. Et qa sicut dicit phs. 2°. de aia. Act⁹ actiuorũ sunt in patiente bñ disposito. ideo vsus scie nullã i eis delectationẽ poẽt generare. Nõduꝫ tñ ꝙ demones ante iudiciũ possũt habere ⁊ interdũ hñt aliquas modicas delectationes vanas ⁊ multũ respsas amaritudine. Hic auteꝫ dãnate nullã penit⁹ vnq̃ habebũt delectationẽ. Ad secũdũ argumẽtũ dicẽdũ ꝙ ꝙ̃uis ille pene sint maiores ꝙ̃ iste tñ nõ ita poterũt auferre dãnatis vsum scie: sicut pñt alique pene hoibus in hoc mũdo: qa organa corpoꝝ illorũ ex voluntate dei seruabunť incorruptibilia

ad maiorē afflictionē. Que organa hic
p vehementiā penarū aliqn̄ ɔtingit cor-
rumpi. Damnati tamē multo min⁹ erūt
apti ad vsū scie nisi respcū eorū quorū
ɔsideratio erit ad augmētū sue tristicie.
Ad tertiū argumentū dicendum ꝙ
ꝗuis de⁹ sit ꝓpinquior intellectui eorū
p essentiā ꝙ alia obiecta: nō tn̄ sb rōne
obiecti nisi inꝗtū est puniēs. ⁊ sic de eo
maxie cogitās: nō ex amore ſ ex odio.
Inꝗtū aūt est dulcis ⁊ misericors mi-
nime de eo cogitant. Secunduȝ du-
bium ē de nostra distātia. vtrū videlicȝ
dānati distantes a nobis cognoscāt ea
que circa nos fiūt. Et videt̄ ꝙ sic ut hr̄
Luc. 16. Dixit ille diues damnatus ad
Abraham se qnqȝ fratres habere. ergo
sciebat adhuc illos superuiuere. In
ɔtriū est auctoritas Aug. in li. de cura
ꝓ mortuis agenda. que ponit̄. 13. q. 2. c
Fatēdū. vbi ait. Fatēdū est nescire qd̄ē
mortuos quid hic agat̄. Rn̄det̄ ḡ ſm
Ric. in. 4. di. 50. ꝙ dānatos cognoscē
que circa nos fiūt pōt intelligi tripliciť
Per sciaȝ. Per ɔiecturā. p reuelationē
Primo mō nō cognoscūt ea q̄ circa
nos fiunt. qa cognoscere sic nō possent
nisi accipiendo siitudines a rebus: ad
quas accipiendas reqrit̄ ꝓportionata
ꝓpinquitas intellectus ad ipsam rem.
Quis aūt distātia nō impediat cogni-
tionē intellectus respectu rei cui⁹ iam
habet speciēȝ: tn̄ ꝓportionata distantia
q̄lis est inter aias q̄ sūt in inferno ⁊ ea
que circa viuos fiunt in hoc mūdo im-
pedit cognitionē intellectus: respcū rei
cuius nō habet spēm. qa ꝓhibet spēi ac-
quisitionē. 2°. mō dānati cognoscūt
multa que circa nos fiūt. Ex statu eni
ɔterito in quo hoies viderūt postea cō-
iecturant multa que accidūt circa eos.
Et sic cognoscebat ille diues damnat⁹
qnqȝ frēs suos adhuc viuere: qa secum
in tormentis illos nō videbat: nec cum
reqescentibus i sinu Abrahe. tamē nō
erat cognitio certa: qa mortui ex spāli
ꝓuilegio qnqȝ pniam faciūt in locis in
qbus peccauerūt. 3°. mō cognoscunt
aliqua que circa nos fiūt: uel p reuela-
tionem demonū: uel aiarum ad eos de-
scendentiū. Sed nūꝗ fit eis aliqua re-
uelatio nisi talis vnde tristēt̄. Et sic pȝ
solutio ad obiecta. Tertiū dubiū est
de sanctorū gloria. vtꝝ. s. dānati videāt
scōrū gl'iam i celo. Et ad h̄ rn̄det Ric.
vbi s̄. ꝙ damnati gloriā scōrū nō vidēt
qa visio est cognitio intuitiua ⁊ clara
ꝓprie loquēdo de visiõe. Sic eni nō pos-
set videri gl'ia btōꝝ quin viderent̄ beati
⁊ ipse deus. Cum ḡ gloria i pfecta eoꝝ
ɔiūctiōe cū deo ɔsistat. Nō eni pōt vide-
ri imediate ⁊ clare ɔiunctio aliquoruȝ
quin videant̄ ipsa ɔiūcta. In generali
tn̄ ⁊ ptim in spāli cognoscūt gl'iaȝ btōꝝ
quasi arguendo. Nullū eni vidēt dam-
natū q̄ tenuerit fidem ⁊ bonos mores.
Unde cogit̄ intellect⁹ eorū assentire ꝙ
vera ē sacra scriptura: ⁊ ex ɔñti ꝙ boni
habeāt ea que ipis in sacra scriptura ꝓ-
mittunt̄. Et qa btitudo i sacra scriptu-
ra ꝓmittit̄ iustis non solū in gnāli sed
etiā partim in spāli: inꝗtū est bonū trā-
scendēs oia tpalia bona: Jō dānati co
gnoscunt gloriā btōrū: nō tn̄ in gnali
sed partim i spāli. De hac ṽo cognitiõe
damnati tristāt̄ ꝓpter inuidiā felicitatꝭ
aliene. ⁊ carentiā btitudinis ꝓprie. P⁹
iudiciū tn̄ damnati eo ꝙ ad ꝓprias pe-
nas q̄si totaliť eorū cognitio reflectet̄:
cognitionē istā nō habebūt nisi forte in
esse gnālissimo: qa p cōplemētū doloris
intellectus eorū p̄dicte argumentatiōi
nō vacabit. O quāta igit̄ erit in dānatꝭ
angustia: quāta amaritudo: quanta ue
tristicia: quādo cognoscēt distincte oia
pctā p illos cōmissa. quātus dolor qn̄
cognoscēt bona que facē potuerunt. qn̄
cognoscent mala que patient̄. quando
reuelabunt̄ eis ea que in hoc mūdo fiūt
ut displicentiā habeāt. qn̄ cōsiderabunt
ꝙ boni ⁊ amici dei sūt in ꝑhenni gloria
Propter hec ⁊ huiusmodi omnis eorū
cognitio erit eis dolorosa.
Qualiter grauissima erit damnato-
rum pena. eo ꝙ illorū desiderium nūꝗ
implebitur. ⁊ quid est qd̄ ipsi appetunt.

S Ecunda ratio / Cap^m.2.
ostendēs grauitatē pene dam-
natorum dicit̃ cōtrariationis.
Fertur nanq; eorum voluntas ad desi-
derandum ea quorum contrariuȝ sem-
per eueniet. Primum est beatitudinis
participatio. Secundum peccati dele-
ctatio. Tertiuȝ sui annihilatio. Pri-
mum quod damnati appetunt est bea-
titudinis participatio. Nam ſm Ric.
in.4.dis.50.cū peccatuȝ ut Augustin⁹
dicit.19.de ciuita. dei.c.12. delere non
possit extrema nature vestigia: in dam-
natis remanet aliqua naturalis cogni-
tio ⁊ appetitus naturalis. Cum ergo
primus motus naturalis appetitus sit
respectu finis in generali. quia ſm phi-
losophū.1.ethicoꝝ.c.12. Finis ē prin-
cipiū in appetibilibus ⁊ agibilibus. se-
quitur ꝙ damnati naturaliter appetūt
finem in generali. Sed vltimus finis
est beatitudo. sequitur ergo ꝙ natura-
liter appetunt beatitudinem in generali
q̄uis appetitu debili ⁊ exili. Sȝ hic na
turalis appetitus in his ex deliberatiua
voluntate quo ad hoc peruertitur: quia
bonū quod naturaliter appetūt sub cir-
cūstantijs malis appetunt. Nec est iste
appetitus ad eoꝝ completionē: ſȝ mag
ad afflictionē. Naturaliter eni appetere
qđ appetens videt se nō consequi posse
magna ē afflictio appetētis. Scđm aūt
Tho.2.2.q.11. In damnatis nulla est
spes beatitudinis consequēde: quoniā
sicut de rōne beatitudinis est ut in ipsa
quietet̃ voluntas taliter ꝙ beati sciant
certitudinaliter se nunq̄ beatitudinem
amissuros. Ita de ratione damnatiōis
est ut in ipsa molestet̃ volūtas sicut dā-
nati certitudinaliter sciant se nūq̄ bti-
tudinem adepturos. Secundū quod
damnati appetūt est peccati delectatio.
Vellent eniȝ se non peccasse: ⁊ illud est
impossibile. Verūtñ dicit dñs Bona.
dis.50. quarti li. ꝙ mala voluntas di-
citur dupliciter. s. actus ⁊ habitus. Ti-
mor ergo seruilis damnatis nō aufert
habitū male volūtatis: sed aufert actū

Iste enim non vult luxuriari quia ti-
met puniri. de ipsa tamē voluntate ha-
bitum nō aufert: quia si separet̃ impu-
nitas vellet utiq; luxuriari. Sic est in-
telligendū in dānatis. ꝙ dolor penalis
aufert ab ipsorū voluntate actū volen-
di peccare: quia reuera dānati nō ap-
petunt luxuriari nec dominari propter
penas quas ex illis actibus sentiunt se
incurrisse. Habent tamē habitum male
voluntatis ꝑ quā appeterent peccare si
nō crederent ex hoc puniri. Damnati ḡ
vellent se non peccasse: non ꝓpter hoc ꝙ
peccatuȝ eis displiceat: q̇a iniustū: sed
quia displicet eis pena iusta. Et iō ma-
lam habent voluntatem hoc volendo: ⁊
ideo adhuc viuit in eis voluntas peccā-
di: licet dolore penarū impediat̃ ne ex-
eat in actum suuȝ. Tertiū qđ dānati
appetunt est sui annihilatio. Et circa h̃
varie opinati sunt etiam magni docto-
res. An. s. dānati vellēt nō esse. Quidā
nanq; dicunt ꝙ dānati nō possūt velle
non esse: quia hoc nō est appetibile nec
ꝑ accidens: nec ꝑ se. ⁊ allegāt Aug. in
libro de libero arbitrio. d. Si quis di-
xerit nō esse q̄ miserū esse me mallem:
respondeo: mētiris. Insuꝑ ⁊ Ari. in.2.
de anima. d. Omnia appetūt esse ⁊ illi⁹
causa agunt quicq̇d agunt ſm naturā.
Et idem Aug⁹ libro de libero arbitrio.
sigillo ꝯfessionis de necessitate ⁊ abso-
lute. nõ ꝑmo: ẜ ex ꝯñti ⁊ indirecte ⁊ im-
plicite. nec ex omnibꝰ causis: ẜ ex aliq̇-
bus. Peccata enī ipsius penitentis non
referendo ea ad ꝑsonã determinatã: sic
cum aliquis dicit: Ego audiui tale q̇d
qḋ tñ nõ audiuit nisi in ꝯfessione: cadũt
sub sigillo cõfessionis de necessitate. nõ
tñ absolute: ẜ sub cõditione. s. si ex ꝓla-
tione taliũ ṽborũ ꝑ se uel ꝑ accidēs di-
recte uel indirecte aliqua verecũdia uel
confusio uel suspitio mala: uel aliquod
aliud nocumentũ illi q̇ ꝯfessus ē posset
ꝓuenire. Ea ṽo q̄ penitēs inserit nõ cõ-
fessione q̄ nõ sunt pctã nec circũstantie
pcti: nec que deducũt in manifestatiõeȝ
ꝯfitentis. utpote si interserat ī ꝯfessione:
In tali tr̃a sũt blada ⁊ biꝰ. non cadunt
sub sigillo cõfessionis nisi de ꝯgruitate
Si in dicēdo illa nõ dãt intelligere cõ-
fessori ꝙ talia velit celare. Vñ cõfessor
d. se talia audiuisse mendax nõ est. quia
ꝑ cõꝑationē ad ea nõ repꝑsentauit per-
sonã dei: ẜ hois. Similit᷑ ⁊ si aliq̇s aliꝰ
a cõfessore audiret aliq̇d ab aliq̇ dum
ꝯfitet᷑ debet illud tenere secretuȝ ex lege
nãe q̄ dicit: Qḋ tibi nõ vis fieri: nõ fa-
cias alijs. 3.º cõfessio debet eē occul-
ta ꝗtũ ad cõfitentē: ut non reuelet ea q̄
sibi ꝓ sua salute in confessione uł dicta
uel imposita sunt: ex quoꝝ reuelatione
scandaluȝ oriret᷑. De pnĩa aũt imposita
dicit Ric. ꝙ aut penitēs manifestando
pniam sibi iniunctã a cõfessore faceret
ꝑiudiciũ absq; vtilitate: aut ꝓprie fame ei

aut cōfessori q̇ forte talē iniūxit pniam
pro qua si sciret̄ incurreret alicuius uł
aliquorū maliuolentiā. utpote q̇a iniū-
xit mulieri ut abstineret a familiaritate
alicuius viri piculosa. Aut penitēs ma
nifestando suā pniam: nec fame ꝓprie
nec ꝯfessori: nec alicui p̄iudiciū gnāret.
In primo casu penitēs tenet̄ pniaz suā
celare. ⁊ in secūdo siłr. Si enī illud q̄ꝺ
ꝯfessor sibi iniūgit seu cōsulit bona fide
ꝓ salute aīe sue ⁊ secreto alij reuelaret in
ꝯfessoris p̄iudiciū: crimē ꝓditionis in-
curreret ⁊ sigilli secreti fractionem. In
tertio casu nō tenet̄ tacere nec dicere: ſ
de hoc irreprehensibilit̄ pōt facere quod
illorū duorū sibi melius placuerit.

De confessio est reiteranda qn̄ quis
male cōfessus fuisset ꝓpter suam negli-
gentiam: aut quādo fraudulent̄ diuisit
ꝯfessionē. uel quādo cōfessus est cū de-
liberatione peccandi. Capłm. 3.

T Ertiū mysteriū cōtemplanduz
de cōfessione dicit̄ iteratio. Est
enī qn̄q₃ necessariū reiterare cō
fessionē pctōruz alias factā: ⁊ dicē illa
eadem pctā in numero: que quis fuisset
ꝯfessus. maxime ꝓpter tria. p̄ ꝓpter ne-
gligentē electionē. 2° ꝓpter cōfessiōis
diuisionē. 3° ꝓpter malicie ꝯtinuatiōez
p̄ est necessariū reiterare ꝯfessionē ꝓpt̄
negligentē electionē. Qn̄ quis ē negli-
gens querere sacerdotē pitū ⁊ absoluē-
di auctoritatē habentē: ⁊ ꝯfessus fuisset
alicui q̇ eū aut nesciuit aut non pōt ab-
soluē: Talis ꝓfecto ꝙ primū sibi ꝯstat
de impitia ⁊ facultate sacerdotꝫ cui cō-
fessus est. ⁊ de negligētia ꝓpria q̄ mag̃
sufficiētē querē noluit: tenet̄ eadē pctā
in numero cōfiteri sacerdoti discreto ⁊
euz absoluē valēti. Propterea dr̄ de pe.
di. 6. c. cui aūt. Qui vult confiteri pctā
sua ut iueniat grām: querat sacerdotē
sciētem ligare ⁊ soluere ne cū negligēs
circa se extiterit: negligat̄ ab illo qui eū
misericorditer monet ⁊ petit. ne ambo in
foueā cadāt. 2° iterāda ē cōfessio rōne
diuisionis. Qn̄ enī q̇s fuisset confessus
aut ꝑ maliciā: aut ꝑ verecūdiā ptē pec-
catorū vni sacerdoti ⁊ partē alteri. cū a
nullo sit absolut⁹: nec talis cōfessio fuit
fructuosa: debet si vere vult ꝯfiteri eadē
pctā in numero vni tm̄ sacerdoti se ac-
cusando narrare. Nam ut scribit̄ de pe.
dis. 5. c. cōsideret. Cautus sit penitēs ne
verecundia duct⁹ diuidat apud se ꝯfes-
sionē: ut diuersa diuersis velit sacerdo-
tibus māifestare. Quidā enī vni celāt
que alij manifestanda cōseruāt. q̄ꝺ ē se
laudare ⁊ ad hypocrisim tēdere ⁊ semꝑ
venia carere ad quā frustra putāt totā
ꝑuenire. hec ibi. Sz dubitat̄ vtrū con
fitens alicui sacerdoti omnia pctā sua
de quibus est memor si diu p⁹ acceptaz
remissionē recordet̄ alicuius pcti mor
talis de quo nō fuerit cōfessus q̄ꝺ ante
suam cōfessionē cōmiserat: teneat̄ ten-
tione necessitatis illud peccatū cōfiteri
illi eidem sacerdoti. Rn̄det Ric. di. 17.
quarti. d. Mihi distinguendū videt̄. ꝙ
aut tempore confessionis penitens ad-
hibuit debitā diligentiā ꝓut de lege cōi
humana ꝑmittit fragilitas ut memoriā
haberet omniū suorū pctōrū mortaliū.
Aut fuit negligens ⁊ ignorās ignorā-
tia affectata uel crassa. Si secūdo mō.
credo ꝙ recta ratio exigit ut illud idem
pctm̄ cōfiteat̄ eidē sacerdoti si illū cō-
mode pōt inuenire: ⁊ nō sit illi sacerdoti
postea interdicta absolnendi potestas:
aut predictū peccatū ⁊ omnia alia pec-
cata mortalia priori sacerdoti confessa
ꝓut potest recolē cōfiteat̄ alij sacerdoti
Si primo modo. nō credo ꝙ priori sa-
cerdoti teneatur tentione necessitatis il
lud peccatum confiteri. Tenetur tamē
illud peccatum confiteri absq₃ aliorum
confessione alij sacerdoti. Cuius enī de
isto fuerit absolutus ꝙtū ad iudicium
eccłie triumphantis ⁊ militantis: quia
sacerdos absoluere potest de cōfessis ⁊
de predicto modo oblitis. tamen q̇a ab-
solutio de oblitis debet intelligi sb̄ hac
conditione. ut. s. quādo reducta fuerint
ad memoriā dicant̄ illi sacerdoti i con-
fessiōe qui ab illis pōt absoluere: tenet̄
illud ꝯfiteri p⁹ eius remotā obliuionē.

3° necessariũ ẽ iterare ꝯfessionẽ ꝓpter
malicie ꝯtinuationẽ.qñ.s.ꝯfessus ẽ pec-
cata sua semel aut pluries tm̃ ut faceret
qđ ecclesia mandat: Cõtinuãdo tamẽ
ꝓpositũ male volũtatis.qm̃ nõ erat dis-
posit⁹ ab aliq̃ pctõ se corrigere ⁊ emen-
dare. Talis eteni ad verã pniam reuer-
sus si debite vult cõfiteri oia eadẽ pctã
que pri⁹ fuerat cõfessus debet reiterare
Sũt tamẽ aliqui scrupulose.d. Qz si q̇s
i pctõ mortali existẽs cõfiteat̃ sacerdoti
accusans malã voluntatẽ suã.⁊ ꝯfitẽs
oia alia pctã q̃rũ recordat̃ exquo pat⁹
ẽ ⁊ prompt⁹ adhuc peccare: sic ꝯfitẽdo
peccat mortaliter: q̇a q̃tũ in se est facit
irreuerentiã sacramẽto: ⁊ sine sacri con
temptu esse nõ videt̃. Sed ꝯ istos est.c.
ꝙ quidã. de pe.⁊ re. vbi dicit̃. Qz q̇dam
ad cõfessionẽ de crimib⁹ veniũt ⁊ q̃uis
ꝓfiteri velint: se tm̃ asserũt abstinere non
posse: ꝯsultatiõi tue talit̃ rñdem⁹.ꝙ eoꝝ
ꝯfessionẽ recipe debes ⁊ eis de crimini-
bus cõsiliũ exhibere.q̇a licz non sit vera
illa pnia: admittenda ẽ tamẽ eoꝝ ꝯfes-
sio.⁊ crebris ⁊ salubris monitis ẽ pnia
inducẽda. hec ibi. Dicit tm̃ Ric.ꝙ tales
absoluendi nõ sũt. Unde si absolutiõez
nõ recipiant: nõ cõtemnit̃ sacr̃m nec a
ꝯfessore nec a cõfesso. Si aũt cõfitẽs in
pctõ mortali attritus ẽ de pctõ suo ita
ut ꝓbabiliter possit presumere se eẽ dis-
positũ nõ peccat absolutionẽ recipiẽdo
imo frequẽt̃ virtute clauiũ ꝑ susceptio-
nem absolutionis format̃ sua attritio
Hec Ric. Dent igit̃ opam oẽs pctõres
ut bene cõfiteant̃. qm̃ cõfitentib⁹ largit̃
deus in hoc seculo gratiam ⁊ in futuro
gloriam: in qua ipse viuit ⁊ regnat per
eterna secula. Amen.

// Dñica secũda in q̃dragesima i mane
de fetidissimo ac perniciosissimo vitio
luxurie q̃ q̃si maxima ps virorũ ac mu-
lierũ demergit̃ in infernũ. Sermo.30

Hec est uo-
lũtas dei sanctifica-
tio vr̃a ut abstineat̃
vos a fornicatiõe. Doctoris gentiũ ver-
ba sũt ista.i. Thes.4.c.⁊ in epl̃a pñtis
dñice. Cogitanti mihi ꝙ multa milia
miliũ hoiuz p̃cipitãt̃ in infernũ ob feti-
dissimũ luxurie vitiũ: stati venit i mẽ-
tem aureũ illud dictũ ⁊ notabile Aug.
doctoris magni in li. de agone xp̃iano.
Inter oia xp̃ianoꝝ certamina duriora
sũt p̃lia castitatis: ubi quottidiana pu-
gna ⁊ rara victoria. hec ille. Maximũ
aũt in eo pctõ piculũ est. qm̃ cũ grauis-
sime ledat aiam non sentit̃. q̇nimo vsq₃
adeo ꝙ plures facti sũt ceci ut ipsi tur-
pissimi ⁊ abhomiabiles dicere nõ erube-
scant aut nullũ aut satis leue pctm̃ esse
illudq₃ deo aut nihil aut satis modicũ
displicere: sicq₃ cũ tali falsissima dam-
nataq₃ opinione corrupti sũt ⁊ abhoia-
biles facti in studijs suis. Quappẽ ad-
uersus eos q̃tuz poterimus modeste ⁊
sine auditorũ offensiõe de ipsa luxuria
in generali v̄ba faciemus. de q̃ loquit̃
apl̃s in themate p̃allegato monẽs oẽs
ut illã euitẽt. De ipsa ergo tria myste-
ria erunt cõtemplanda.
Primũ dicit̃ offensio.
Secundũ conditio.
Tertium punitio.

// Confutatio illoꝝ errorũ q̇ dicũt lu-
xuriã nõ eẽ pctm̃.quib⁹ contrariũ ꝑ au-
ctores: rõnes ⁊ exempla tã scõꝝ ꝙ etiã
phoꝝ ostendet̃. Capl̃m.j.

Primũ mysteriũ contemplãdũ
de luxuria dr̃ offensio. In quo
declarandum est ꝙ graue pctm̃
ꝙue pniciosũ sit ip̃a luxuria qua deus
offendit̃ ⁊ aia maculat̃. Oñdem⁹ autẽ
hoc tripliciter videlicet. p̃ auctoritate.
2° rõne. 3° exemplis. Primo oñdi-
mus luxuriã esse pctm̃ graue aut mor-
tale auctoritate. Inq̇t eni Sene. i ꝓhe-
mio declamationũ. Nihil tã mortiferũ
ingenijs ꝙ luxuria. Et idẽ i tragedijs.
Luxuria est pestis blanda. Et idem ad
Lucillũ. Uanas fuge voluptates bre-
ues ⁊ penitendas. Et idẽ li.2. declama-
tionuz. Adolescens luxuriosus peccat
senex luxuriosus insanit. Et Tullius. p̃

de officijs. Luxuria cuz oi etati turpis
sit senibus tñ fetidissima est. Et idē. i. de
officijs. Si cōsiderare volumus que sit
in natura excellētia ⁊ dignitas: intelli-
gem⁹ φ sit turpe defluere luxuria ⁊ de-
licate atq; molliter viuere quãq; hone-
stum parce cōtinent seuere ⁊ sobrie. Et
Ualerius maximus. li. 9. Blandũ ma-
lum luxuria. Et Tobie. 4. c. Attende
fili mi ab omni fornicatione. Et ut dr̄
3z. q. 1. c. nō soluz. Ois imunda pollu-
tio fornicatio dicit: φuis qsq; diuersa
turpitudinis voluptate ꝓstituat. Et ad
Heb. i3. c. Fornicatores ⁊ adulteros iu
dicabit deus. Et. i. Corĩ. 6. c. Nescitiꝭ qa
iiqui regnũ dei nō possidebũt. Nolite er
rare. neq; fornicarij: neq; idolis seruien
tes: neq; adulteri: neq; molles: neq; ma
sculorũ cōcubitores regnũ dei possíde-
bunt. Et i eodē. c. Fugite fornicationē
Omne enim pctm̃ qd cũq; fecerit homo
extra corpus est: q aũt fornicat i corp⁹
suũ peccat. An nescitis qm̃ mēbra vr̃a
tēplũ sũt spũs sci? Et Eph. 5. Ois for-
nicator aut imund⁹ aut auar⁹ ⁊c̃. non
habet ptē in regno xp̄i ⁊ dei. Et Gal. 5.
Manifesta aũt sũt opa carnis: que sũt
fornicatio. imundicia. luxuria. ipudici-
tia ⁊c̃. que predico vobis sicut predixi:
qm̃ q talia agũt regnũ dei nō cōsequē-
tur. Et Petrus. i. epl'a. c. i. Obsecro vos
tãφ aduenas ⁊ ꝑegrinos abstinete vos
a carnalib⁹ desiderijs que militant ad-
uersus aiam. Et Apoc. zi. Timidis ⁊
incredulis ⁊ excecatꝭ ⁊ homicidis ⁊ for
nicatorib⁹ ⁊c̃. erit pars illoꝝ in stagno
ardenti igne ⁊ sulfure. Et Aug⁹ in li. de
cōflictu vitiorũ. O φ ꝑua concubitus
hora ꝓ qua ꝑditur eterna vita. Et Isi-
dorus in pall. c. nō solũ. 3z. q. 1 Int ce-
tera septē vitia vitiũ fornicationis ma-
ximi sceleris ē: quia ꝑ carnis imũdiciã
dei tēpluz violat. Ex cuius ꝟbis colli-
gitur φ luxuria vnũ est de septē vitijs
capitalib⁹. Oz etiã pz. zz. q. i. c. p̃dicã-
dum. Et. z5. di. c. vnũ orariũ. § alias
Un̄ Claudian⁹ ait. Luxuries p̃dula
malũ q dedita semꝑ. Corꝑis arbitrijs
ebetat caligie sensus. Et Hiero. ad Su
sannam. O φ acerbus ē luxurie fruc-
tus amarior felle ⁊ crudelior gladio. Et
Greg⁹. 3z. li. moral. Diaboli ꝓprie cor-
pus sunt qui suggestionũ turpiũ blan-
dimentis decepti ei ꝑ luxurie fluxũ suc-
cumbũt. Et Hiero. ad Damasũ papaz
de filio prodigo. Luxuria inimica deo
inimica ꝟtutibus ꝑdit oẽm sbaz patris
⁊ a patris voluntate delirans futuram
pauꝑtatē cogitare nō sinit. Et idem ad
matrē ⁊ filiam in gallijs cōmorantes.
Qui luxuriat viuens etiã mortuus est
Ferreas mētes libido domat. Quid ad
tot dicta ⁊ moraliũ phoꝝ ⁊ scōrum dei
carnales poterũt r̃ndere? Quō ampli⁹
suaz luxuriã poterunt excusare? Sed
ut fortius ꝯuincant. rōnes suꝑaddant.

z° ostendimus luxuriã esse peccatũ
mortale. rōne. Nam multi qñq; dicere
solent luxuriam nō esse peccatũ: qa act⁹
eius est naturalis ⁊ ad illuz natura in-
clinat. Pro quibus triplicē rōnem assi-
gnabimus quare luxuria peccatũ ē. p^a
dicitur cōtempt⁹. z^a excessus. 3ª dãni

Prima ratio dicit cōtempt⁹. Ubi eni
est cōtemptus ⁊ transgressio mãdatoꝝ
dei ibi ē pctm̃. ut dicemus die sequenti.
Sed in luxuria est cōtempt⁹ dei ⁊ trãs-
gressio mãdatoꝝ eius. g ibi est peccatũ.
Mandauit nãq; deus homini. d. Exo.
zo. Nō mechaberĩ. Et ut dr̄ ab Aug.
3z. q. 4. c. Meretrices. Profecto noie
mechie ois illicit⁹ ꝯcubitus atq; illoꝝ
mēbroꝝ nō legittimus vsus ꝓhibitus
debet intelligi. Secũda rō dicit exces-
sus. Nam ſm Tho. z. z. q. i53. ideo lu-
xuria pctm̃ est: qa modũ rōnis excedit
circa venerea: in quibus ordo rōnis ē
ut causa procreande prolis ⁊ fornica-
tionis euitande vir habeat vxorē suaz
ut dicit. i. Corĩ. 7. ⁊ mulier habeat virũ
suum. Omnis g actus qui non est ſm
legē matrimonij circa venerea deficit a
rōne. iō est pctm̃. Tertia rō est quare
luxuria est pctm̃. damni. Ut eni inquit
Ric. 33. di. qrti. Cōcubit⁹ ꝯcubinarius
seu fornicarius ē ꝯtra legē naturalem

nō a natura generis ꝟ̄ spēi. Naturalis enī rō dictat carnalē ꝯcubitū nō debere fieri in preiudiciū ⁊ dānū boni prolis. Sed cōcubitus cōcubinariꝰ seu fornicarius ē in notabile preiudiciū ⁊ dānū boni ꝓlis. Sicut enī dicit Augꝰ. 9. sup Geñ. Bonū prolis ē ut amanter suscipiat: benigne nutriat: religiose edoceat. quo bono ut in pluribꝰ caret proles genita per cōcubitū concubinariū. Nam ꝑmo bono caret sepissime eo ꝙ nō suscipit. Quisnā explicet que fornicatores ⁊ adulterātes sacrilegi ⁊ incestuosi ne detegat eoꝝ malicia proli genite aut generāde inferāt mala? Audiamꝰ Hieronymū ad Eustochiū sic. d. Pudet dicē ꝗt quottidie ꝟgines ruant: quantas de suo gremio ꝑdat mater ecclesia: super quot sidera supbus inimicꝰ ponat thronū suū: quot petras excauet ut habitet coluber i foraminibꝰ earū. Videas plerasqꝫ viduas anteꝙ̄ nuptas ⁊ infelicē cōsciam mentita tantū veste ꝓtegere q̄s nisi tumor vteri ⁊ infantū ꝓdiderit vagitus erecta ceruice ⁊ ludentibus ꝑdibus incedūt. Alie ꝟo sterilitatē prebent. ⁊ nōdū nati hoīs homicidiū faciūt Nōnulle cū senserint cōcepisse de scelere abortiuo venena meditant ⁊ frequēter etiā ipse cū mortue fuerint triū criminū ree ad inferos ꝑducūt: xp̄i adultere. sui homicide: ⁊ nōdum nati filij parricide. Iste sūt que solēt dicere oīa mūda mūdis. Sufficit mihi ꝯscia mea. Cor mūdum desiderat deus. Cur me abstineaꝫ a cibis q̄s deꝰ creauit ad vtendū? Et si quādo limpide ⁊ festiue videri volūt ⁊ se vino īurgitauerint ebrietati sacrilegiū copulātes aiunt: Absit ut me a xp̄i sanguine abstineā. Et si quā viderit tristem atqꝫ pallentē: miserā ⁊ manicheaꝫ vocāt ꝯsequēter. Tali enī ꝓposito ieiuniū heresis est. He sunt q̄ p publicū nuptialiter incedunt: ⁊ furtiuis oculoruꝫ nutibus adolescētiū gregē pꝰ se trahūt que semp audiūt p ꝓp̄ham. facies meretricis facta est tibi. hec ille. Si honestas pateret ut oīa possent dici: multa que diebꝰ meis euenerūt scandala apꝑirē: sed melius ē silentio ꝓterire. Quid referam quidue dicā de mōasterijs? Quid de puellis in domo parentuꝫ? Quid de viduis vanis atqꝫ lasciuis? q̄d de alijs que sanctū nomē ꝓfitēt: ⁊ quottidie cū patribꝰ spiritualibꝰ colloquūt? Taceo que scio. Certe si ponerent aures in latrinis i fluminibꝰ in hortis in foueis ⁊ cauernis terre: audirent voces ibi clamantiū puulorū inemptoꝝ ⁊ occisorū a crudelissimis matribus. O libidinose mulieres. o lasciue ⁊ incōtinētes belue. o ipie matres domite carneꝫ: refrenate libidinē: si nō vultis ut vterus intumescat. De sodomitis aūt quo sermōe impietatē loquemur? O inimici humani generꝭ. o abhoiabiles pctōres. o pessimi hoīes vbi sunt filij vr̄i? Perierūt. certe ꝑierūt. Et cur ꝑierūt? Ve ac iteꝝ ve vob̄ q̄a ꝑierūt ꝓpter iniq̄tatē vestrā. Similiť ꝓles si nascat aliūde ꝙ̄ de legitimo thoro: ut in pluribꝰ negligent nutrit. ⁊ ad ꝟtutes raro disciplinat. Et si qñ ꝯ̄triuꝫ apparet: illud ē satis rarū. Et ut scribit ff. de leg. l. nam ad eā. Nō solū ius scriptum: sed etiā naturale adaptat potius ad ea que ut in pluribꝰ ꝙ̄ ad ea q̄ ꝑraro eueniūt. Sūt ⁊ alia mala que incurrit proles genita ex adulterio: que cā breuitatis omitto. Naꝫ ut scribit. 56. dis. c vndecūqꝫ. dicit. Vndecūqꝫ hoīes nascāt si parentū vitia nō sectāt honesti ⁊ salui erūt. Et ea. di. c. nūꝙ̄. ait Criso. Nunꝙ̄ de vitijs erubescamꝰ parentū. Ad idem est. c. nasci. ea. dis. 3º. ōndimꝰ luxuriā eē pctm̄ exemplo. Ob nullā nāqꝫ cām sci corpa sua duris flagellatiōibꝰ castigarūt nisi ut luxuriā superarēt. Elegit siq̄dē Susanna falso criminari ⁊ accusari potiꝰ ꝙ̄ i pctō ꝯsentire. Daniel. 13. c. Et Ioseph passus ē criminari ab vxore Phutifar ꝑncipis eunuchorū Pharaonis ꝙ̄ ꝑeccare cū illa. Geñ. 29. Et Benedictꝰ ut carnis temptationē superaret: inter pungentes spinas ꝓiecit se nudū ut refert Greg. 2. dial. li. Et Hiero. in vita Pauli ꝑmi heremite recitat qualiť

feruente ꝑsecutione Decij ⁊ Ualeriani
quidam iuuenis etate florens in ame-
nissimos hortos ē adductus ibiq̧ i le-
ctulo inter candētia lilia ⁊ rubentes ro
sas ligatꝭ manibꝰ ē collocatꝰ. Quo cū
recedētibꝰ cunctis meretrix speciosa ve-
nisset cepit delicatis strigē colla ample-
xibꝰ. ⁊ qđ dictu q̄z scelus ē: manibꝰ cō-
trectare virilia ut corpe in libidinē exci
tato secū meretrix impudica supiaceret
Incipiebat voluptas iuuenē molestare
Tandē celitꝰ inspiratꝰ p̄cisam mordēs
linguā in osculantis se faciē expuit ac
sic libidinis sensū succedens dolorꝭ ma-
gnitudo supauit.

Qualiter luxuria infatuat hominē ⁊
obdurat cor eiꝰ ⁊ iducit scādala ac ma-
la plurima. Caplm̄. 2.

SEcundum mysterium contem-
plandum de luxuria dicit̄ con-
ditio. Est eni illius peccati pes-
simi triplex cōditio mala ꝑ quam eius
grauitas declaratur. Prima dicitur
infatuatio. Secūda obduratio. Ter-
tia scandaliçatio. Prima mala con-
ditio detestabilis luxurie dicit̄ infatua-
tio. Ex ipsa eteni infatuatur anima ut
nec deum timeat nec homines vereatur.
Unde Hieronymus contra Jouinia-
num inquit. Amor forme: rationis ob-
liuio est ⁊ insanie ꝓximus. Et Ouidiꝰ
in eplis. Quid deceat non videt vllus
amās. Propterea apud antiq̄s impu-
dicus amor cecꝰ depigebat̄. Et a Greg̃
3i. moral̄. prima luxurie filia ponit̄ ce-
citas mentis. Et de h̄ exemplū habemꝰ
Salomonis. de quo ait Greg̃. 32. q. 4
c. Salomon. Salomon quippe imode-
rato vsu atq̧ assiduitate mulieruꝫ: ⁊ ad
hoc vsq̧ ꝑductus ē ut templū idolis fa-
bricaret. ⁊ qui prius deo templū ꝯstru-
xerat: assiduitate libidinis etiā perfidie
subtractus idoloꝝ cōstruere tēpla non
timuit. Et de eo Hiero. ad Eustochiuꝫ
inquit. Rex eni erat Salomon. aliū nō
timebat. qui disputauit a cedris libani
usq̧ ad hisopū que exit ꝑ parietē. a dn̄o
tn̄ recessit: q̇a amator mulierū fuit. Nā
ut habet̄. 3. Reg̃. xi. Auerterūt mlieres
cor eius. Cūq̧ iam eēt senex deprauatū
est ꝑ muleres cor eius ut sequeret̄ deos
alienos: nec erat cor eius perfectum cū
dn̄o deo suo: sicut Dauid patris eius: s;
colebat Salomō Astarthen deā sido-
niorum. ⁊ Chamos deum moabitarū:
⁊ Moloch idolum āmonitarū. Edifi-
cauitq̧ Salomon phanum Chamos
deo ⁊ idolo Moab in monte qui ē ꝯtra
hierusalem. ⁊ Moloch idolo seruoruꝫ
Amon ⁊c̄. ibi. Sꝫ hic occurrit dubiū
quomodo Salomō dicat̄ senex quādo
deprauatus fuerat ꝑ mulieres. q̇a dicit
Rabbi Salomon. ꝙ erat tm̄. 12. an-
norum quādo regnare cepit. Et in tex.
biblie in fine. c. p̄allegati. dicit̄ ꝙ regna-
uit. 42. annis. Ipse aūt deprauatꝰ fuit
ꝑ mulieres ante mortē suā. p. 6. annos
uel circiter. quia edificauit pꝰ deprauia-
tionem templa idoloꝝ in quoꝝ edifica-
tione fluxerunt plures anni. Et sic qn̄
fuit deprauatū cor eius non videt̄ ha-
buisse vltra. 46. annos uel circiter. Ex
tali ꝟo etate nullus dicit̄ proprie senex.
Ad hoc rn̄det magister i historijs. d. ꝙ
Salomon regnauit. 80. ānis. ⁊ allegat
Josephū hoc dicentē. Scriptura tn̄ re-
gni sui tacet ānos. 40. sic̄ dr̄ de Saule
i. Reg̃. 13. ꝙ duobꝰ annis rrgnauit sup
israhel. s. bene ⁊ innocenter. ⁊ tacent̄. 18.
anni. in quibus male se habuit. Sed de
dicto magistri historiarū parum est cu-
randum qui cōtradicit sibiipsi ⁊ etiam
scripture. Dicit eni ꝙ Salomon. xi. an-
norum genuit Roboam. Et ꝙ Roboā
mortuo patre fuit. 41. anni. Et. 3. Reg̃.
14. c. dicitur ꝙ 41. anni erat Roboam
cum regnare cepisset. Et sic reuertitur
primū dictū scilicet ꝙ Salomon vixit
tm̄. 52. annis. Si autē diceret̄ ꝙ Ro-
boā regnauit viuēte patre quadragita
annis ita ꝙ principium regni sui com-
putatur ab illo tempore quo pater suus
incepit deprauari: sequitur ꝙ mortuo
patre fuit. 81. anni. quod est contra di-
ctum magistri ⁊ etiam scripturam que

iz.c.3.Reg̃.dicit.ꝙ Hierobuã audita
morte Salomõis reuersus ẽ de egypto
⁊ venit cũ alijs in sichen vbi cõgregat⁹
fuit ꝓpl's ad constituendum Roboã re-
gẽ. Ex quo videt̃ ꝙ nõ regnauit viuẽte
pr̃e. Insup dicit̃ de Roboã ꝙ derelicto
consilio senũ adhesit cõsilio iuuenuꝫ q̇
nutriti erant cũ eo. Ex q̃ pꝫ ꝙ tũc Ro-
boam erat adhuc iuuenis. qd̃ nõ potest
dici de hoie habente. 8i. annos. Ideo. d
Nico⁹ de lira. ꝙ Salomon postq̃. 40.
ãnis regnauerat mortu⁹ est. ⁊ successit
ei in regnũ fili⁹ eius Roboam habẽs. 4i
annos sicut dicit scriptura. Sꝫ quãdo
Salomõ incepit regnare scriptura nõ
exprimit: sed tñ exprimit annos regni
sui. Habuit ḡ. zo. uel plures annos in
principio regni sui. Et sic qñ mortuus
fuit. 6o. ãnos habuit ad minus. Et sic
ꝯuenienter põt dici ꝙ p⁹. 5o. ãnos etatꝫ
sue depratat⁹ fuit ꝑ mulieres. Et iam
tũc poterat dici senex: q̇a ⁊ leuite cõple-
to anno. 5o. etatis sue seruire cessabant
in tabernaculo tãq̃ senes. ut hr̃ Leuitꝫ.
9.c. Sꝫ Rabbi Salomon arguit ꝯtra
q̇a. 3.c.3. Reg̃. Salomon dixit in prin
cipio regni sui: Ego sum puer paruul⁹
ignorans exitũ ⁊ introitum meũ. Ergo
tunc erat. iz. annorũ. R̃ndet Nico. ꝙ
ṽbũ illud Salomonis intelligẽdũ est
respectu tanti regiminis sibi iposĩti. Vñ
Exo. 33.c. dicit̃. Josue fili⁹ Nun puer
nõ recedebat de tabernaculo. ⁊ tñ tunc
erat. 4z. annoꝝ. Preterea. z.c.3. Reg̃.
dixit Dauid Salomoni. Uir sapiẽs es
Uir aũt nõ dicit̃ ꝓprie nisi habẽs ãnos
3o. ul' circit̃. Et si adhuc dicat̃ ꝙ Hiero
in ep'la ad Uitalem presbyterũ videat̃
dicere ꝙ Salomon. xi. annorũ genuit
Roboam. ⁊ ꝙ. iz°. ãno etatꝫ sue accepit
regnũ. Dicendũ ꝙ Hiero. nõ loquit̃ ibi
assertiue. ut pꝫ ex fine eiusdẽ ep'le. Hec
de Salomõe sufficiãt. Quid dicem⁹ de
alijs luxuriosis ⁊ carnalib⁹? nonne ipsi
isaniũt: nũc coriçãdo: nũc cantãdo nũc
cõponẽdo vestes: nunc caput eleuando
ad fenestras mulierculaꝝ: nũc vana ⁊
ociosa loquẽdo. ⁊ hꝫ⁹. Que oia q̇d ali-
ud dixerim q̃ fatuitates ⁊ insanias fal
sas? Iuuẽtus siq̇dẽ est aliquis nocturno
tp̃e ꝑ longũ spaciũ sub quadã fenestra
stetisse ibiq̃ ꝯspexisse gattã quãdã quã
suã credebat amasiã. loq̇bat̃ illi. ⁊ illa
nõ r̃ndebat. Suspirabat. languebat. ge
mebat. ⁊ anxiebat̃. Tandeꝫ petrullam
quandã proiecit supi⁹: qua ꝑterritũ aial
mie mie clamãs aufugit. O ꝑditio tp̃is
o depuatio sensus. o cecitas fatue mẽtꝫ.
Quid dicaꝫ de illis mulieribus stultis
quas poete siue gentiles extollunt eo ꝙ
amore victe seipsas interfecerunt? O
fatua ⁊ libidinosa Medea: cur tibiipsi
mortẽ intulisti? Clamant poete tui ꝓpt̃
amorẽ Jasonis qui te rapuit: q̇ te edu-
xit a patria: qui te decepit ⁊ dereliq̇t. O
damnabilis amor q̇ ad tantã demen-
tiam te ꝑduxit. ut vno momento corp⁹
sil' ⁊ aiam interimeres. Et tu o Cleo-
patra egypti regina quãta scelera ꝑpe-
trasti pro amore Marci Antonij tui?
Scribit nãq̃ Plutarchus i vita eiusdẽ
Marci Antonij. ꝙ sepius i alexãdria
Marcus Antonius noctu famuloruꝫ
vestibus indut⁹ ꝑ vrbẽ ibat: domos po-
pulariũ obsidebat illudebatq̃ homines
⁊ reportabat qñꝫ ṽbera. Sꝫ ⁊ Cleopatra
sequebat̃ deferens ancille vestimẽta. Et
dũ bellũ nauale cõmitteret̃ int̃ Mar-
cum Antoniũ ⁊ Octauianũ: Cleopa-
tra affuit ibi i aurea puppi ⁊ purpureo
velo. Et post multas fatuitates deuicto
Antonio ⁊ a seipso ꝑempto gladio: ex
merore Cleopatra prolapsa ẽ i febrim
⁊ tãdẽ depulsis oĩbus preter duas sibi
amicissimas ml'ieres ianuas claudi fe-
cit acceptoq̃ aspide nudũ sibi brachiũ
dedit cuius morsu atq̃ veneno mortua
est. O q̃ libenter hec fatua exempla a fa
tuis amatoribus audiũt̃. Sꝫ vere si cogi-
tarent q̃ vana ⁊ trãsitoria imo ⁊ ꝑicu-
losa atq̃ nociua sint aie ista: deũ dilige-
rent sup omnia. sicut sapienter sanctissi-
ma illa Agnes dicebat qñ a filio p̃fecti
qui eã diligebat tꝑalia pollicebat̃: Di-
scede a me pabuluꝫ mortis: fomes pc̃ti
nutrimentũ facinoris. quia iam ab alio

amatore preuenta sum qui longe te no
bilior est genere ⁊ dignitate: cuiꝰ mater
virgo est: cuius pater feminā nescit: cui
angeli seruiūt: cuius pulchritudinē sol
⁊ luna mirant̄: cuiꝰ opes nūq̄ deficiūt.
O si considerarēt ista muliercule leues
nō ita defacili crederent ruffianis: nec
ita cito tangerent̄ in corde ad aspectum
cuiuscunq̄ speciosissimi aut formosissi-
mi iuuenis. Secunda cōditio imun-
de luxurie dicit̄ obduratio. Ex nullo si-
quidē pctō ita obdurant̄ corda multoꝝ
sicē ex maledicta luxuria. Propt̄ illā sūt
incantationes veneficia ⁊ diabolice ar-
tes. Unde. 32. q. 4. c. in eo. dicitur. Per
vitia fornicationis maxie demones in-
colunt̄. ꝓpter illā legunt̄ libri in q̄bus
blasphemat̄ ⁊ in vanū assumit̄ scissimū
dei nomē. Hoc aūt tpe i domibꝰ nobiliū
⁊ dn̄oꝝ magnoꝝ ad instructionē ribal
dam ut sic dicam ⁊ meretricalē nobiliū
filiarū habent̄ sonneti Petrarche. ꝓpter
luxuriā multi nō cōfitent̄. Alij ꝓo ficte
ꝯfitent̄. ⁊ celebrant aut coicant cū pctō
mortali. Et ut omittā reliqua. ꝓpter lu-
xuriam multi heretici fiunt nō credētes
infernū. negantes ꝑadisū ⁊ hiꝰ. Quin-
imo ꝓ maiori ꝑte oēs hereses aut ortuz
habent ab ipsa luxuria: aut termināt̄ur
ad illam: sicut factū ē diebus nostris in
illis qui dicebātur del Barilecto. ⁊ in
illis de anima simplici: ⁊ i fraticellis. de
opinione quoꝝ pessimi mores ⁊ nefan-
da oꝑa honestius tacent̄ q̄ referantur.
In clementina etiā. ad nostrā. de heretić
dicit̄ de begardis ⁊ beginis mulieribus
que fuerūt i alemania: ⁊ pꝰ multas he-
reses de quibꝰ ibidē fit mentio: dicebāt
carnalē actū nō esse peccatū. O vere de-
flendū malū quo vexat̄ humanū genꝰ.
Paucissimi eteni sūt q̄ animose velint lu
xurie vitiū expugnare. Tertia ꝯditio
execrande luxurie dicit̄ scandaliçatio.
Sequūt̄ quippe ex ipsa scandala pluri-
ma ⁊ ꝑiculosissima. Amon ꝓpt̄ violen-
tiam Thamar sororis sue ab Absalo-
ne fratre in ꝯuiuio occisus est. sicut pz
2. Reg. 13. c. Sichem ⁊ Emor cū omni
ꝓplo suo ꝓpt̄ violentiā Dine filie Jacob
a filijs Jacob occisi sunt ⁊ i captiuita-
tem ducti. Gen̄. 34. c. Semiranis regi-
na pꝰ mortē viri in libidine exardescēs
a ꝓprio filio cognita ꝓpter horrorem fa-
cinoris ab ipso tandem occisa ē. prout
recitat Paulus Orosiꝰ. Troia magna
ut scribit Phrygius vates ꝓpter raptū
Helene post bellum decennale: in quo ex
vtraq̄ ꝑte tā troianoꝝ q̄ grecorū mul-
ta milia hominū gladio corruerūt: in-
cēdio ꝑijt interfectis Priamo ⁊ Hec-
cuba regina alijsq̄ inumerabilibꝰ mu-
lieribus atq̄ viris. Nos insuꝑ videmꝰ
quottidie odia rixas scādala dissensio-
nes ⁊ homicidia que nō nisi ꝓpter luxu-
riam eueniunt.

Qualiter deus acriter punit luxuriā
ꝑ aquas diluuij: ⁊ ꝑ incendiuz ignis: ⁊
punit q̄ttidie ꝑ tꝑalia flagella. Cap̄. 3.

TErtiū mysteriū contemplandū
ō luxuria dicit̄ punitio. Punit
nanq̄ deus oīpotēs acerrime lu
xuriam in hominibꝰ: sicut pz in triplici
punitione. pᵃ generalis. 2ᵃ specialis.
3ᵃ pestilentialis. Prima punitio ge-
neralis fuit tꝑe diluuij: quādo excepto
Noe ⁊ vxore sua: Sem Chā ⁊ Japhet
cum vxoribus suis qui saluati sunt in
archa: cōsumpta est omnis caro q̄ mo-
uebatur suꝑ terram: nō tm̄ hominū: sed
etiā exceptis illis animalibꝰ ⁊ volucri-
bus que introierūt i archā: omniū vo-
lucrum animātiū bestiarū: omniūq̄ re-
ptilium que reptant suꝑ terrā: vniuersi
hoies ⁊ cuncta in quibꝰ spiraculuz vite
ē in terra mortua sūt. ut dicit̄ Gen̄. 7. c.
O terribile iudiciū. o aspera vindicta ⁊
crudelis que seuit in tam inumerabilē
multitudinē hoiuz ⁊ aialiū ac volucrū
celi. Et dicit Nico. de lira. q̄ interfecta
sūt aialia t̄re ⁊ aues celi: nō aūt pisces:
ad detestanduz pctā hominū que facta
fuerūt i terra ⁊ i aere: nō aūt in aquis.
Que vero fuerint illa pctā facile ex scri-
ptura colligi pōt. Dicitur nāq̄ Gen̄. 6.
Uidentes filij dei filias hoiuz q̄ essent
pulchre acceperūt sibi vxores ex oibus

quas elegerāt ⁊c̄. que ponunt ibi. Que
exponēdo Nico. de lira. d. q quorundā
opinio fuit. ut ꝑ filios dei intelligerent
demones incubi qui dicunt filij dei ꝓpt
naturā spiritualē. ⁊ isti in specie huma-
na cōmiscuerūt se cū mulieribus ⁊ inde
nati sunt gigātes. Et ꝓpterea indigna-
tus deus inundauit diluuiū. Sed hec
expositio non est rationabilis: quia di-
luuiū nō fuit in penā demonū: ſ hoīuz.
Alij ṽo dixerūt sicut Rabbi Salomō
q filij dei accipiunt ꝓ filijs iudicū aut
potētū qui qn̄ videbāt filias subditorū
pulchre ornari. ⁊ qn̄ dabāt ad nuptias
accedebant ad ipsas eas cognoscendo
carnaliter an̄q̄ mariti illas cognosce-
rent. Sz hic intellectus deficit. quia ut
dicit in scriptura. Oīs caro corruperat
viam suā sup terrā. ꝓpterea dicit Nico.
de lira. q filij dei intelligūt illi q̄ fuerūt
orti de Seth ⁊ ab eo descenderūt: qui a
patre suo fuerūt instructi i cultu dino:
ꝑ filias hoīuz intelligūt mulieres descē-
dentes de Cayn que erāt lubrice lasci-
ue ⁊ dissolute. Et de illis p̄cepat Seth
de voluntate dei filijs suis ut nō cōtra-
herent cum eis. Et ipsi ꝓcedente tpe fe-
cerūt ɔtrariū. Et pꝰ vsq adeo hoīes fa-
cti sunt dissoluti q̄tuz ad pctā fornica-
tionis ⁊ adulterij ac ɔtra naturā. ut dic
Nico. de lira ⁊ sanctus Methodiꝰ mar-
tyr. Aggrauabāt aūt hec pctā. q̄a non
fiebant ex passione tm̄: ſ ex certa mali-
cia ⁊ cū ɔtinuatione ⁊ ꝑseuerantia sine
hoīuz verecundia ⁊ absq dei timore. ꝓ-
pterea dicit q mlta malicia hoīuz erat
sup terrā. ⁊ q cuncta cogitatio cordis
intenta erat ad malū oi tpe. ⁊ q illi po-
tentes erāt a seculo viri famosi. i. male
fame qui gloriabant i malicia sua. O
inuincibilis manus oīpotētis dei. o po-
tentissimū brachiū. o insupabil dextera
Post fabricatā archā ⁊ p̄nūciatū dilu-
uiū ꝑ centū annos cū illi ꝑseuerarēt in
iniq̄tate sua sbmersi sūt i aq̄s. Vidisses
tunc repēte mutari celū: obscurari aerē
sonare ventos: tonare fulgura: ⁊ nubes
celi ⁊ cataractas apiri. ⁊ aquas abun-
dantissime fluere sup terram. Vidisses
attonitos cunctos trementes atq pal-
lētes. Vidisses mādūcātes masticādo
ruminare ⁊ nō posse cibum ꝓijcere aut
deglutire. Vidisses coruscantes ⁊ luxu-
riantes oēs pauore ꝑterritos. Audisses
⁊ post eoꝝ eiulatū ⁊ clamores virorū
mulierū. senū. iuuenū ⁊ puulorū mortē
expectātiū clamātiū ⁊ dicētiū: Heu heu
de nobis. Ad quid deuenimꝰ ut ꝑeamꝰ
in aquis? O quid erat inspicere inde ad
modicuz illos ab aquis sublatos ⁊ ibi
extinctos. in breui oēs ꝑiter deleti sunt
⁊ ꝓpt luxuriā grauit sic puniti. Se-
cunda punitio fuit spālis: qn̄ indigna-
tus deus Sodomā incendio destruxit.
Vt eni dr Geñ. 19. Pluit dn̄s sup So-
domā ⁊ Gomorrā sulphur ⁊ ignē de ce-
lo. ⁊ subuertit ciuitates ⁊ oēm circa re-
gionē: vniuersos habitatores vrbium
⁊ cuncta virentia terre. Scdm ṽo ma-
gistrū historiarū spāliter etiā punitum
fuit luxurie vitiū in sodomitis in nocte
natiuitatis xp̄i in qua oēs subita mor-
te ꝑierūt. Unde Hiero. sup illud Ysa. 9.
Habitantibꝰ in regione vmbre mortis
lux orta ē eis. ait. Lux illa oēs isto vitio
laborātes extinxit ne nā quā sumpserat
tanta imūdicia fedaret. Tertia ɔdi-
tio dicit pestilentialis. Vt eni colligitur
ex glo. i. c. flagitia. 32. q. 7. Et in auten.
ut nō luxuriet ɔtra nām. pctm̄ luxurie
⁊ p̄cipue sodomie tempestates ⁊ pestilē-
tias inducit. Et reuera ob nullā aliam
cām credo tpibus istis tā crebro italiā
peste fore vexatā nisi ꝓpt luxuriā. ⁊ ma-
xime sodomiā. O horrenduz facinus. o
fetidissimū malū. o execrandū flagitiū
q̄ pueri facti sūt meretricule. ⁊ vbi rōne
etatis tenere inueniri debet puritas ⁊ in-
nocētia: iam repheādēda ⁊ obiurgāda
se offert turpitudo ignominiosissime so-
domie. Vt g̃ deū habeamꝰ beniuolū no-
bisq semp ꝓpitiū mūditie ⁊ puritati va-
cemꝰ: abhorreamusq ⁊ euitemꝰ dāna-
tissima pctā luxurie: Sicq merito ob-
tinebimꝰ in hac vita dei grām ⁊ i futu-
ro sempiternā gloriā: in qua regt xp̄s

dei filiꝰ cū p. ⁊ s.s. ꝑ cūcta sꝑ scl'a. Amē.

// Dn̄ica secunda in quadragesima pꝰ prandiū. de execrando pctō adulterij q̄ maculata est magna pars ⁊ multitudo coniugatorum. Sermo. 31.

Hec enim ē volūtas dei sanctificatio vr̄a ut abstineatis vos a fornicatione. Iter̄ vbi s̄ Cōquerebat̄ dolēs hiere. c. 23. ⁊ dicebat. Cōtritū ē cor meum i medio mei. ⁊ ꝯtremuerūt oīa ossa mea. Factus sū quasi vir ebrius ⁊ q̄si hō madidus a vino a facie dn̄i ⁊ a facie ꝟborū scōrū eius: q̄a adulterijs repleta est terra. Qḋ profecto verificari pōt tꝑe isto quo mr̄imonia q̄si ꝓ maiori ꝑte ab adulteris siue viris siue mulieribꝰ polluta sūt ⁊ fedata. Quaꝑp̄t in h̄ sermōe ꝯtra adulteros aliqua declarabimꝰ ut intelligāt ipsi miserabilē statū ⁊ dānabilē cōditionē in q̄bus sese reꝑiunt. De adulterio igit̄ tractaturi tria ꝑncipalia mysteria ꝑ ordinē ꝓponimꝰ declaranda ⁊ ānotanda videlicz.

Primū dicit̄ diffinitio.

Secundū abhominatio.

Tertium punitio.

// Quid sit adulteriū ⁊ quō sumit̄ multiplicit̄ ⁊ q̄lit̄ multi credūt se i statu esse mr̄imonij q̄ sūt potiꝰ adulteri q̄ ꝯiugati. Capl'm. j.

Primū mysteriū de adulterio notādū dr̄ diffinitio in q̄ q̄d est adulteriū declaremꝰ Et dn̄s Host. i sūma sua. li. 5. ti. de adulterijs. ait. Adulteriū ē alieni thori violatio uel ꝓprij deturpatio. Que ꝟba sumi ꝑn̄t ex his q̄ dicunt̄. 36. q. i. c. lex. i. § cū g. Pro q̄rū ꝟbor̄ pleniore itelligētia nōndū q̄ adulteriū pōt sumi tripl'r. Et h̄ triplici rōne. ꝑ im̄ꝓprie. 2° ꝓprie. 3° ꝓprijssime. ꝑ sumit̄ adulteriū im̄ꝓprie int̄ virū ⁊ vxorē. ꝑ rōne ꝯriatiōis. 2° rōne iordinatōis. 3° rōne modificatōis.

ꝑ dr̄ adulteriū int̄ virū ⁊ vxorē rōne ꝯriatiōis q̄n sūt int̄ eos iꝑdimēta ꝯria ꝓpter q̄ mr̄imoniū stare nō pōt. Et ꝑmū impedimētū ē votū solenne. pꝰ qḋ si q̄s ꝯtraheret esset excoicatꝰ q̄n facēt illud scient̄. ⁊ mr̄imoniū nullū esset. ut i cle. eos. de ꝯsan. ⁊ affi. Secꝰ aūt ō mr̄imonio ꝯtracto pꝰ votū ꝯtinētie simplex. Nā ut dic̄ Ric. in. 4. di. 38. Qui ꝯtrahit pꝰ votū simplex ꝯtinētie ꝑccat mortaliter ꝯtrahēdo ⁊ etiā ꝯsūmādo. Tn̄ mr̄imoniū tenet. Quō aūt solenniçet votū. Et qḋ sit votū simplex aut solēne sp̄aliꝰ dicā i sermōe de votis. Secūdū impedimētū ē ordo sacer. de quo nō s̄m Ric. vbi s̄ q̄ ordines minores nō iꝑdiūt mr̄imoniū ꝯtrahēdū nec dirimūt ꝯtractū. nec iꝑdiūt vsū ipiꝰ mr̄imonij nisi ꝯtrahētes essent religiosi professi tacite uel expsse. Et lz ꝯtrahēs cū vnica ⁊ ꝟgine clericꝰ i miorībꝰ retineat ꝑuilegiū clericale si vestes ⁊ tonsurā deferat clericales. ex̄ de cleri. ꝯiu. li. 6°. c. i. Nō tn̄ retinet bn̄ficiū eccl'iasticū. nec pōt recipe. Ordines aūt maiores. s. subdiaconatus diaconatꝰ ⁊ ꝑsbratꝰ siue sacerdotiū iꝑdiūt mr̄imoniū ꝯtrahēdū ⁊ dirimūt ꝯctū: q̄a matrimoniū nullū ē sic p3. 32. dis. c. si q̄s eor̄ ⁊. c. erubescāt. Rō ē. q̄a sic ordinatꝰ i sacris tenet̄ s̄uare ꝯtinētiā. eo q̄ ordo sacer loquēdo de ordie maiori h3 iplicitū votū solēne ex ꝯstitutiōe eccl'ie. Vn̄ Petrus de Palude. i. 4. di. 37. dic̄ q̄ etiā si q̄s ante ānos discretiōis ordinaret̄ in sacris q̄ talis obligat̄ ad cōtinentiā ex statuto ecclesie. licz nō voto suo. Jo. ꝑo an. in nouella. dic̄ q̄ greco cui licitū est vti ꝯtracto: illicitū est i sacris ꝯstituto ꝯtrahere. Vn̄ ista ē dr̄ia int̄ cōstitutos i sacris eccl'ie occidētalis ⁊ eccl'ie oriental'. Nā ꝑmis nō licet vti cōtracto an̄ susceptū ordinē: secūdis ꝟo licet. Et q̄ ꝯtrahit in sacris ē excoicatꝰ. in cle. eos. ex̄ de cōsan. ⁊ affi. Sciendū tn̄ q̄ q̄uis ordo sacer ꝑcedēs ꝯctū mr̄imoniū dirimat illud. si tn̄ ordo sequit̄ ꝯctū mr̄imoniū nō dirimit. ut i extrauagāte Joh. 22. Et si sciente vxore ⁊ assentiente ordinatꝰ ē i sacris tenet̄ ad ꝯtinētiā vterq̄ ita q̄ etiā pꝰ mortē viri nō pōt ꝯtrahē. Intelligit̄

enim tacite cũ viro cõfessa cõtinentiã.
Si aũt ordinatus est. vxore inuita uel
sciente factuʒ sed ius ignorante ipso tñ
sciẽte ius: debet cogi p iudicẽ ad ingres-
sum religionis si nõdũ ẽ cõsũmatũ mrĩ-
moniũ ut sic illa possit cũ alio ↄtrahere
Et si ad hoc cogi nõ põt uel cõsũmatũ ẽ
mrĩmnoniũ debet exutus bñficio cleri-
cali restitui vxori etiã si esset episcopus
imo ⁊ papa. Et intelligit̃ si vxor cũ pe-
tit. Ipse tñ exigere nõ põt debitũ sed red
dere tenetur. hec Tho. ⁊ Pe. de palude. i
4. vbi s̃.   Tertiũ impedimentũ ẽ ma-
chinatio mortis. quãdo aliquis machi
natur i mortẽ viri alicuius ut possit cũ
vxore eius ↄtrahere: aut aliq̃ machina-
retur in mortem vxoris alicuius ut vir
eius acciperet si mors fuerit subsecuta.
Et si sic machinantes cõtraxerint mrĩ-
moniũ nullũ ẽ. Et tales sunt separandi
quia sunt in adulterio siue fornicatiõe.
ut nõt̃. 31. q. i. c. Si quis viuẽte marito
Et licʒ Ric. teneat hoc esse verũ cũ inter
eos precessit adulteriũ dũ pmũ stabat
ↄiugiũ. Tñ Inno. ⁊ Host. tenẽt q̃ sola
machinatio cũ effectu dirimit tam cõ-
tractũ q̃ cõtrahẽdũ. Rõ aũt ẽ ne adul-
teri ꝓpter adulterarũ amorẽ essent ꝓni
ad interficiendos maritos earũ ut eas
haberent vxores ⁊ ecõuerso. Tamen si
adulter interficit virũ adultere nõ hac
intentione ut habeat ipsam vxorẽ: ſ ex
alia causa ⁊ occasione: uel postea ↄtra-
hit cum ea mrĩmoniũ tenet. ut extra de
ↄuersione infideliuʒ in. c. laudabile. Et
extra de eo qui duxit in mrĩmoniũ quã
polluit p adulteriũ. c. sup eo. i glo. Uxor
etiã ꝓcurans maritũ interfici p infide-
lem cum quo adulterata est qui p⁹ ħ p
eius studiũ ad fidem ↄuertit̃: nõ põt cũ
illo contrahere. Et si postea ↄtrahat di-
rimendũ est matrimoniũ. q̇a ut. d. Ric
35. di. q̃rti. Tale dãnũ tali lucro ecclia
recõpensare nõ vult. extra de ↄuer. infi-
de. c. laudabile.   Sed quõ dicemus
de Dauid q̇ cõmisit adulteriũ cũ Ber-
sabee. ⁊ p⁹ea machinatus ẽ mortẽ viro
eius ⁊ duxit eam in vxorẽ. ut habet̃. 2.

Reg. xi. c. Ad qõ rñdeo ſm illud quod
scribit̃. 31. q. i. c. si q̃ vidua. §. ſ obijcit̃.
q̃ in veti testõ multa pmittebant̃ ꝓpter
infirmitatẽ: que in euangelij pfectione
eliminata sũt.   Quartũ impedimen-
tuʒ est adulteriũ. Ut eni. d. Ric. Si ad-
ulter dat fidem adultere viuente mari-
to de cõtrahẽdo cum ipsa: sciens ipsam
habere maritũ tpe quo contrahit cũ ea
uel dat sibi fidem de ↄtrahendo post ei⁹
mortẽ: nõ poterit eã ducẽ in vxorẽ. Et
si p⁹ mortẽ mariti eam de facto duxerit
separandi sũt. sicut nõt̃. 31. q. i. c. relatuʒ
Et extra de eo qui duxit in mrĩmoniuʒ
quã polluit p adulteriũ. c. si quis vxorẽ
Hui⁹ rõ ẽ ne adulter uel adultera ꝓni
essent ad interficiendũ maritũ adultere
ut postea possent mrĩmonialit̃ copulari
Si aũt adulter ignorat illã habere vir
potest cum ipsa cõtrahere p⁹ mortẽ ma-
riti. Sic est de muliere cõtrahẽte cũ vi-
ro quẽ ignorabat vxorẽ habere. extra
de eo qui dux. in ma. quam polluit per
adul. c. veniens. Tñ si vir dat mulieri
fidẽ de ↄtrahendo viuẽte illius marito
quã nec ãte nec p⁹ cognouit viuẽte suo
marito: si p⁹ illius mortẽ duxerit illam
in vxorẽ nõ sũt sepandi. ex̃ de eo q̇ dux.
in ma. quam polluit p adul. c. si quis.
Quintũ impedimentũ ẽ aliud matri-
moniuʒ. qñ. s. quis haberet vxorẽ ⁊ su-
meret aliã. Et nota diligent̃ q̃ illa aut
scit istũ hr̃e vxorẽ: aut nõ. si hñ ↄtrahit
cũ ipso: ⁊ scit illũ habere vxoreʒ nõ põt
stare mrĩoniũ: etiã si mortua pma vxo-
re de nouo ↄtrahat. Et idẽ iudiciũ est si
nesciuit qñ cõtraxit. si postea ipsa prima
vxore illius adhuc viuẽte sciuit: ⁊ pmi-
sit se cognosci ab eo cum quo de facto
cõtraxerat. Si ṽo ab initio qñ ↄtraxit
nesciuit illuʒ habere vxorẽ ⁊ semp stetit
in ista nescientia vsq̃ ad mortẽ vxoris
illius: ſ p⁹ morteʒ eius scit: est in ptãte
illius ignorantis mrĩmoniũ ratificare
ul' diuortiũ petere. Ita tñ q̃ si postq̃ sci-
uit se pmisit cog̃sci: nõ poterit diuortiũ
petere. ex̃ de eo qui dux. in matri. quam
polluit p adulterium. c. i. ⁊. c. veniens.

⁊ ꝺe cõiugio seruoꝛũ.c.ꝓposuisti.⁊.34.
q.2.c.si ꝟgo. Alias poterit pete͂ si vult.
Et qꝺ ꝺictũ ẽ ꝺe viro ꝺucente secundaȝ
vxoꝛẽ.ideȝ intelligiꝭ ꝺe muliere ꝺucẽte
secundũ maritũ. Si autẽ inde moꝛtua
pꝛima vxoꝛe vir nõ cognoscat illã ad-
ulterã secũdã carnaliꝭ que secũ ignoꝛãꝭ
ꝯtraxerat.sed ip̄e ꝺucat tertiã ꝭm Host.
ꝺebet remanere cum tertia:q̄uis etiã pᵘˢ
ea cognoscat secundã:q̇a ꝑma viuente
cõsensus habitus cũ secunda nullᵘˢ fuit
⁊ sic nõ impediuit cõsensũ tertie. Quin
etiã si pᵘˢ moꝛtẽ pꝛime cognouit carna-
liter secũdã que fuit ignoꝛãs istũ habe͂
vxoꝛẽ: ⁊ nũc etiã ignoꝛãs est:⁊ ipse vir
ꝯtrahat cũ tertia: adhuc remanebit cũ
tertia.Diciꝭ aũt mulier ꝭm Hosti.inscia
qñ habet iustam causam ignoꝛandi: ut
q̇a vir ꝺe remotis ꝺeniens:asserebat se
nõ habere vxoꝛem.ex̄ ꝺe spon.c. cuȝ ad
publicum. Jdeo aũt inscia nõ cõmittit
adulteriũ:q̇a nõ cõmittitur sine ꝺolo.ut
pȝ.33.q.2.c.in lectũ. Sextũ impedi-
mentũ est affinitas que ꝭm Ray.ẽ pꝛo-
ximitas ꝑsonaꝝ ex carnali copula ꝓue-
niens oĩ carens parentela. Contrahiꝭ
aũt nõ solũ ꝑ copulã cõiugalẽ:ꝭ etiam
ꝑer copulã foꝛnicariã.ut nõꝭ.35.q.4.c.
nec eam. Et ꝺe eo qui cognouit cõsan-
guineã vxoꝛis sue.c.ꝺiscretioneȝ.Hec
affinitas opaꝭ ꝙ oẽs ꝯsanguinei vxoꝛi
Petri sunt sibi affines in eoꝺẽ gradu in
quo sunt cõsanguinei vxoꝛis. Similiꝭ
omnes cõsanguinei Petri sunt affines
vxoꝛis sue in eodem gradu in quo sunt
sibi consanguinei. Et qꝺ ꝺiciꝭ ꝺe vxoꝛe
idem intelligas ꝺe quacũq; muliere car
naliter cognita. Sed cõsanguinei Peꝭ
nõ sũt affines cõsanguineis vxoꝛis sue
nec inter eos ꝓhibeꝭ matrimoniũ. extra
ꝺe cõsan.⁊ affi.c.suꝑ his. Unde germani
pñt cõtrahere cum ꝺuabᵘˢ mulieribus
germanis.Et pater ⁊ filius pñt ꝯtrahe͂
cũ matre ⁊ filia. Et relicta viri qui fuit
germanus vxoꝛis mee vxoꝛe mea moꝛ
tua põt eẽ vxoꝛ mea. Qui ergo cõtrahit
scienter i aliquo gradu affinitatis vsq;
ad quartũ gradũ est excoĩcatus.ut hꝭ

ex̄ ꝺe ꝯsan.⁊ affi.i cle.eos. Septimũ
impedimentũ est cognatio siue nãlis q̄
ꝺiciꝭ ꝯsanguinitas.siue spũalis q̄ ꝺiciꝭ
compaternitas.⁊ legalis que ꝺiciꝭ ad-
optio uel arrogatio. Quelibet hoꝛũ ipe-
ꝺit ⁊ ꝺirimit mr̄imoniũ. Qualiter aũt
id fiat: q̇a longũ esset hic pone͂: Et que
sint alia mr̄imoniũ ipedientia:ꝺerelinq̄
pticulariter explicanda audiẽtibus cõ-
fessiões: qui si periti sũt ut ꝺecet nõ ꝺebe͂t
talia ignoꝛare. 2ᵒ sumitur adulteriũ
impꝛopꝛie rõne inoꝛdinationis : qñ.s.
inter virũ ⁊ vxoꝛẽ inoꝛdinatᵘˢ est amoꝛ
⁊ adulterinᵘˢ.ꝺe q̄ sic loquiꝭ Hiero.32.
q.4.c.oꝛigo.ꝺ. Oꝛigo q̇dẽ amoꝛis erat
honesta: ꝭ magnitudo ꝺefoꝛmis. Unde ⁊
Sextus pythagoꝛicus i sententijs ait.
Adulter est in sua vxoꝛe amatoꝛ arde͂-
tioꝛ. Jn aliena quippe vxoꝛe oĩs amoꝛ
turpis ẽ. in sua nimius. Sapiens ꝺebet
iudicio amare cõiuge͂ nõ affectu.s.libi-
ꝺinis. Non regnet i eo impetᵘˢ voluptatꝭ
nec pꝛeceps feraꝭ ad coitũ. Nihil ẽ in-
felicius q̄ vxoꝛẽ amare q̄si adulteram.
hec ille. Põt autẽ amoꝛ viri ad vxoꝛẽ ⁊
econtra turpis ⁊ adulterinᵘˢ vocari: aut
rõne intentionis.aut rõne modi. Rõne
intentionis fit turpis cũ q̇s cognosce͂-
ꝺo vxoꝛeȝ suã mente ⁊ cogitatione exit
ꝭminos matrimonij aliam cogitãdo ⁊
appetendo uel ita ꝙ vellet facere etiã si
nõ eẽt sua vxoꝛ. Unde Boñ.in.4.ꝺi.31.
ꝺ.ꝙ si quis cognoscit vxoꝛẽ ꝓpter ꝺele-
ctationẽ finalẽ:aut moueꝭ i ꝺelectatio-
nem tanto impetu ut cognoscat vxoꝛẽ
tãq̄ meretricẽ hoc est si ita cognoscit ac
si nõ eẽt vxoꝛ:q̇a tũc ponit ꝺelectationẽ
finẽ vltimũ.secus autẽ si vult in ea ꝺe-
lectari q̇a vxoꝛ.i ta ꝙ nullo mõ eam co
gnosceret si vxoꝛ nõ eẽt: q̇a tũc nõ ẽ oĩ-
moda inoꝛdinatio ẽ pctm̄ veniale:quia
excusaꝭ ꝑ bonũ mr̄imonij ut nõ sit moꝛ-
tale. Concoꝛdat Ric.in.4.ꝺi.31. Rõne
etiã modi amoꝛ ꝺiciꝭ turpis qñ ꝯiuges
modũ ⁊ regulã honestatis excedunt uel
pꝛetermittũt. Quõ pñt hec turpia absq;
verecũdia narrari? Quot inꝭ plerosq;
fiunt illiciti tactus? quot bestialia? q̄t

solatia inhonesta? qt nefandissima sce-
lera? Bonū est certe edificare domū ad
habitandū: s inconueniens videt ut in
fundamento ponat tectum. & ecōuerso.
O coniuges adulteri. quot crimina. qt
scelera ppetratis? Non expedit illa clare
loqui. Jdeo Amb°. i li. de patriarchis.
& notat. 32. q. 4. c. nulli. ait. Grauius
est crimen vbi celebrati cōiugij iura te-
merant & vxoris pudor soluit. hec ibi.
Talis autē adulterini amoris sūt signa
cuz vir plus q̄ debet ad vanitates apit
manum. cum eam vanis oculis aspicit
inhonestisq verbis alloquit. cū ppt eas
parentes despicit. & eam ociosam in do-
mo esse nō curat. 3° sumit adulterium
improprie int virū & vxorē rōne modi-
ficationis: qñ cōiuges & cōtrahendo &
ꝯsūmando mrimoniū modū & regulaz
honestatis excedūt: aut ptermittūt. Pro
quibus dixit angelus Thobie: qñ time-
bat Sarā accipe in vxorē eo q tradita
fuerat successiue septē viris & demoniū
occiderat illos. ut dr Thobie. 6. Audi
me & ostendā tibi qui sūt quib⁹ pōt pre-
ualere demoniū. Jn eos q cōiugia ita
suscipiūt: ut deū a se & a sua mēte exclu
dant: & sue libidini ita vacēt: sicut equ⁹
& mulus quib⁹ nō est intellect⁹: hz ptā-
tem demoniū. Tu aūt cū accepis vxorē
ingressus cubiculū p tres dies cōtinēs
esto ab ea: & nihil aliud nisi orationib⁹
vacabis cū ea. Hic Petr⁹ de palude. i. 4
ait. q ꝯtrahētes i pctō mortali si ꝯtra-
hant p verba de pñti peccāt mortaliter
nisi cōfiteāt. Quia ut Aug⁹. d. Sacra
talia fiunt vnicuiq cum quali conscia
accedit ad ea. Et ut idē dicit. Jn omni
susceptione sacri p⁹ baptismū necessaria
est vnicuiq cōfessio si credit se peccasse.
Jdeo reprehensibiles sunt qui sine vllo
timore dei: sine vlla deuotione mrimo-
nia cōtrahunt. Magis aūt reprehensi-
biles q p⁹ cōtractū mrimoniū ea exercēt
que exercere nō licet. Nec expedit talia
clare loqui. Qui habet aures audiendi
audiat. Hic Amb°. i li. de priarchis ait
Grauius ē crimē &c. vbi. s. 2° potest

sumi adulteriū ppie. cum s. aliqs vxo-
ratus accedit ad aliquā psonā solutaz
uel aliqua cōiugata miscet se cum aliq
libero & soluto. Sed ut in plurib⁹ plus
in hoc deficiunt viri q̄ vxores. Et tamē
quidam adeo fatui sūt ut existimēt viris
ad pctm nō imputari si sic adulterētur.
Cōtra quos est dictū Jnno. pape. 32.
q. 5. in. c. Xpiana religio adulteriū in
vtroq sexu pari rōne cōdemnat. Et de
s Hiero. ad Oceanum ait. Qd nō licet
feminis: eque nō licet viris. & eadez ser-
uitus pari rōne censet. Et Amb°. 32.
q. 4. c. nemo. Nec viro licet qd mulieri
nō licet. Et eadem a viro que ab vxore
debet castimonia. Et Aug⁹. 32. q. 6. c.
si dicturi. Si dicturi estis vxorib⁹ vris
seruate vos. Quales vultis eas inueni-
re: tales & ipse vos inueniāt. Quis iuue-
nis est qui nō velit castā ducere vxorē?
Et si acceptur⁹ est virginē: qs nō inta-
ctam desiderat? Jntactaz queris inta-
ctus esto. purā queris purus esto. Nō
eni illa pōt si tu nō potes. Sz his rō. ad-
di pōt. qa sm aplm. i. Cor. 7. Mulier
nō habet ptātem corporis sui: sed vir. &
vir nō habet ptātē sui corpis: s mulier.
Sz arguūt multi de plurib⁹ veteris testi.
qui habuerūt cōcubinas. ut Abrahaz
& Jacob. Abrahā eni habuit filium de
ancilla. ut dicit Gen. 16. & Gal. 4. Et
Jacob habuit duas vxores & duas cō
cubinas. & tñ nō fuit illis imputatū ad
peccatū. Rñdet Bon. dis. 33. qrti li. q
istud factū est ex dispēsatione diuina q
cōueniens fuit ppter quattuor. p ppt
congruitatem. 2° ppter necessitatem.
3° ppter vtilitatem. 4° ppter honestatē
p ppter congruitatem. Congruū qdē
fuit. qm tempus illud erat figure. & qa
xps generare debebat liberos & filios p
baptismū in ecclesia catholica & in here-
ticis diuerticulis: Jdeo i figura debuit
precedere generatio ex libera & ancilla.
Et rursus qm inter illos qui ab hereticis
baptiçant quidā heresim sequūt. quidā
ad ecclesiā reuertūt. Jd vtriusq figura
precessit. Primi in Hismaele de q dictū

est. Eijce ancillā ⁊ filiū eius. Secundū
in ancillis Jacob: quarū filij sūt inter
liberos computati. ut habet ab Aug. i
li. de baptismo puulorꝝ. ⁊ ab eodē super
Job. ⁊ notat. 32. q. 4. c. recurrat. 2°
fuit ꝯueniens dispensatio illa ꝓpter ne-
cessitatē. Pauci nāq; erant deū colētes
⁊ ne cultus diuinus periret necesse fuit
ut filios multiplicarent. ⁊ ꝯtigit ꝙ vxo
res steriles habebant: ideo necesse erat
ipsos plures habē uel vxores uel ꝯcu-
binas. 3° fuit illa dispensatio ꝯueniēs
ꝓpter vtilitatem. q̇a filij erudiebantur a
parentibꝰ. ⁊ ut plurimū mores patruꝫ
seruabant. Et ideo quāto plures tanto
dei cultus celebrior. 4° fuit cōueniens
ꝓpter honestatē. quia nō affectu libidi-
noso: sed casto. nō affectu adulteri: sed
mariti concubinas cognoscebant. Vñ
Amb° in li. de patriarchis de Abrahā
ait. Non ardore aliquo vage succēsus
libidinis. nō petulātis forme captꝰ de-
core ancille contuberniū pꝰ habuit thoꝛ-
rum: sed studio querende posteritatis ⁊
ꝓpagande sobolis. Ad idē ē. c. obijciūt.
32. q. 4. Non sunt itaq; antiqui patres
in h̄ imitādi. quoniā alia fuit illiꝰ tꝑis
ꝙ nostri cōditio. Repiuntur tñ ⁊ nunc
pleriq; adulteri peccatum excusare vo-
lentes ꝓpter vxorū sterilitatē ⁊ appeti-
tū habendi filios. Cōtra q̄s Augꝰ. 32
q. 4. c. Sic. ait. Sic nō sūt faciēda adul
teria etiam voluntate filios generādi:
quēadmodū nec furta volūtate pascēdi
paupes scōs. Et idē. 32. q. 5. c. si quis.
Si quis vxorē habeat sterilē siue cor-
pore deformē siue membris debileꝫ uel
cecam uel claudā uel surdā: uel si quid
aliud siue morbis siue laboribus dolo-
ribusq; confectā: ⁊ quicq̇d excepta for-
nicatiōis causa cogitari pōt vehement
horribile ꝓ fide societateq; sustineat. h̄
ille. Malū ergo ē ⁊ rep̄hensibile si vxo-
rem quis relinq̄t ob eius sterilitatē uel
infirmitatē uel deformitatē: ⁊ alteri ad-
hereat. Sed pessimū est. ⁊ iniquū si pul-
chram vxorem. si fecundā. si bene natā.
si moribus decorā. si virū amantē: ipse

condemnat pro quacunq; alia ꝑsona.
Audi queso o vir infatuate quid ad te
sapiens loquit̄ ꝓv. 5. Letare inq̄t cum
muliere adolescentie tue. i. cū vxore. Et
Eccl. 7. Noli discedere a muliere sensa-
ta ⁊ bona quā sortitus es in timore dñi
Grā eni verecundie eius suꝑ aurū. Vi-
di ego plures venerabiles honestas pu-
dicas formosas māsuetas benignasq;
vxores ab ingratis maritis derelictas
ipsosq; amatores factos turpissimarū
meretricū. O ꝑditores viri. o demētes
⁊ stulti. nōne vxores vr̄e corona sūt ca-
pitis vr̄i? Nullū vtiq; ornamētū ꝑpa-
le potest eē in domo: qd̄ vxori bone com-
paret. Nō vasa argentea. nō aurea. nō
eburnei lecti. nō late porticus. nō regie
aule. nō alia queq; decora. Nā omnia
ista sūt quasi stelle ⁊ luna in domo sua.
Sꝫ ꝟtuosa cōiunx est q̄si sol. Vñ Eccl.
27. dicit̄. Sicut sol oriens mundo: sic
mulieris bone species in ornamētū do-
mus sue. Ipsa est que data est in adiu-
toriū viro. nō cōcubina. Cōsidera nāq;
mulieris bone in cunctis diligentē so-
lertiam. Hec eni blada ⁊ frumenta or-
dinat ⁊ gubernat: tuetur oleum. salsas
carnes in domo esse ꝓcurat: pannos la
neos ne a tineis corrodantur ventilat.
Lineos quoq; pro necessitate procurat
⁊ lauat. dissipata ⁊ q̄si cōsumpta resar-
tit. ꝑvigiles oculos menteq; prudentē
ad oēm substantiā domꝰ habet. Colūna
viri ⁊ filiorꝝ ē. Si maritꝰ languet cū in-
firmo infirmat̄. cibū p̄ dolore nō sumit.
somni oblita q̇escē nescit. Erudit filios
⁊ omneꝫ familiā in timore dei: ⁊ bonis
moribꝰ instruit. Sꝫ q̇d ꝯcubina facit?
Verba certe loquit̄ blanda h̄ venenosa
fingit se plus amare ꝙ amet. nūc mesta
facie. nunc leta. Aliquid sp̄ q̄rit. Si in
Vñ Hiero. ꝯ Jouinianū refert q Por-
tia minor cū laudaretur quedā bñ mori-
gerata q̄ secūdū accepat virū. respōdit.
Felix et pudica matrona nunq̄ pter sel'
nubit. Et Valeri⁹ li. 2. Qui vno fuerāt
ptente matrimonio corona pudicitie ho-
norabantur. Verūtñ disputandū est. vtrū
secūde nuptie sint licite. Et nōnulli ar-
guūt q non. Nam Criso⁹. 31. q. 1. c. hac
rōne. ait. Secundā. s. vxorē accipe sm
pceptū apl'i licitū est. sm autē veritatis
rōnem fornicatio est. Itē rōne videtur
q̄a bigam⁹ non pōt pmoueri ad sacros
ordines. sed pena nō infligitur nisi p cul-
pa. ergo i bigamia ē culpa. Sz in ꝯriū est
auctoritas Hiero. q. 31. q. 1. c. apiant. ait
Aperiāt q̄so aures obtrectatores mei
et videāt me secūdas et tertias nuptias
in dño cōcessisse. Et iterū in eodē. c. ait.
Non damno bigamos: imo nec triga-
mos: et si dici pōt octogamos. Et Aug⁹
i. c. deus. inqt. Deus masculū et feminā
ppagādi generis causa nuptiali casti-
tate cōiunxit: et secundas nuptias que
in vnoquoq testō pmittuntur licitas esse
mōstrauit. Et idē Aug⁹ exponēs illud
apl'i. q si dormierit dicit. Qz si dormierit
vir eius: nō dicit prim⁹ uel secund⁹ uel
tertius. nec nobis diffiniendū est qd nō
diffiniuit apl's. Vnde nullas debeo dā-
nare nuptias: nec eis verecūdiā inferre
numerositate. Respondēt doc. in. 4. dis.
42. scilz. Ric. Bon. Petrus de palude
Tho. et ceteri. q non tm secunde nuptie
s etiā tertie et quarte. et plures sūt licite.
Ratio quia p mortē alteri⁹ cōiugū tol-
litur impedimentū primi matrimonij.
Vnde dicit Petrus de palude. q si qs
resuscitaretur a mortuis non posset ad
vxorem viuentem redire: q̄a nō ampli⁹
sua vxor eēt: nec ipse vir ei⁹ nisi denuo
ꝯtraherent. ppterea dixit apl's i. Cor. 7.

Si dormierit vir eius liberata est a lege
viri: cui vult nubat tm̄ ī dn̄o. Beatior
tamē erit si sic ꝑmanserit ẜm meū ꝯsiliū
Ad dictū ergo Criso. rn̄deri potest ꝙ
improprie ⁊ largissime fornicationē su-
mit. s. ꝓ naturalis ꝯcupiscētie ardore: q̇
maxime cōsueuit mouere ad secundas
nuptias cōtrahendas. Ad secundū
ꝓo argumentū dicit Boñ. ꝙ non posse
ascendere ad sacros ordines: nō ē pena
q̇a etiā nec mut⁹ uel ali⁹ nāliter impedi-
tus potest ascēdere ad sacros ordines:
qd̄ nō fit ei in penā: ẜ q̇a non est idone⁹
Sunt ḡ licite secunde nuptie ⁊ plures:
⁊ nō sunt inhonorabiles. Jō hiero⁹ ad
Geruntiā īquit. Uide qualia sūt secū-
da matrimonia: que lupanarib⁹ ꝑferūẜ
Ait eni. s. apl's. Melius ē nubere ꝙ̄ vri
Adolescentula vidua: que ꝯtinere non
pōt: maritū potius accipiat ꝙ̄ diabolū.
Apl's ꝓo. i. Cor. 7. ait. Dico inuptis
⁊ viduis. bonū est illis si sic ꝑmaneāt sic
⁊ ego. ꝙ si nō cōtineāt nubant. melius
est eni nubere ꝙ̄ vri. Et hiero⁹ in ep'la
ad Geruntiā narrat de quodā rome q̇
habuerat. 20. vxores: quas sepelierat.
Et de muliere q̄ sepelierat. 22. maritos
qui fuerunt copulati mr̄imonio: ⁊ fuit
magna expectatio quis eoꝝ efferreẜ ad
sepulchrū ab alio. ⁊ vicit maritus. Un̄
hiero. sequiẜ. d. Obsecro ut illa testimo
nia nō noueris: quib⁹ incōtinentib⁹ ⁊
miseris subueniẜ: ẜ poti⁹ lectites quib⁹
pudicitia coronaẜ. Facit īsup ad vidui-
tatis laudem ꝙ ⁊ turtures illā seruāt.
Quod Amb°. in exameron ait. Discite
mulieres quanta sit viduitatis gratia:
que etiā ī auibus predicaẜ. Secūda
ratio quare melius ē obseruare vidui-
tatem ꝙ̄ transire ad secundas nuptias
est ꝓpter caritatis signū. ut. s. ostendat
vxor quanta caritate virū defunctū di-
lexerit. Unde Uirgili⁹. 4. eneidos. Jlle
meos primus qui me sibi iunxit amo-
res Abstulit. ille habeat secū: seruetꝗ
sepulchro. Et hiero⁹ ꝯtra Jouinianū
scribit. ꝙ cum Ualeria rogareẜ secūdū
virū accipere. rn̄dit se hoc nō posse facē:
q̇a primus adhuc viuebat. ꝙ diu enim
inquit vixero: vir meus ꝑ amorē viuet
in corde meo. Et iterū ibidē recitat. ꝙ
dum Martia Catonis nollet iterum
nubere: ⁊ virū defunctū semꝑ lugēt: in-
terrogata quē diem haberet vltimū lu-
ctus ait: Quē ⁊ vite. Querere tm̄ posset
hic aliq̇s. vtrū secunde nuptie sint sa-
cramētales. Rn̄det Boñ. ꝙ dupliciẜ
est loqui de secundis nuptijs. aut in se:
aut in relatione ad primas. Si in se sic.
Cum sit ibi consensus expressus inẜ le-
gitimas ꝑsonas: est vtiꝗ sacr̄m. nec est
ibi carnis diuisio: sed vnio carnis viri
⁊ mulieris. Si aūt loquamur in com-
paratione ad precedentes. sic manet in
eis sacramēti ratio incōpleta, ꝓpter car-
nis diuisionē: quia in primis carnē suā
vniuit cū vno. in secundis cū alio. Et
talis diuisio tollit de plenitudine signi-
ficationis. Tertia rō quare meli⁹ est
viduitatē seruare est ꝓpter beneficium
libertatꝪ. Uidua eni sua est dn̄a: ⁊ i pa-
ce viuit. ⁊ si virū accipiat di'crimini se
exponit: ut forte inueniat irosū. litigiosū
⁊ se tribulātē. Unde hiero⁹ ꝯ Jouinia-
num narrat. ꝙ cū quedā rogareẜ ut se-
cundo nuberet: respōdit se hoc nō facē;
quia bonū habuerat virū: ⁊ si secundū
acciperet aut ille esset bonus aut mal⁹.
Si bonus: semꝑ esset in timore ne illum
ꝑderet. Si malus semꝑ esset in dolore:
q̇a post bonū virū aliū nunꝙ̄ sustineret
Propter assertiōes iā tactas colligi pōt
quanta est preeminētia viduitatis. Ue-
runtn̄ ut predictū ē: si que mulieres p⁹
virorū mortē voluerint nubere faciant
animo libero. Notandū tm̄ ꝙ alique le-
ges dicūt mulierē nō posse nubere infra
temp⁹ luctus. i. vnius anni p⁹ mortem
viri. ut patet. C. de secundis nuptijs. l. i.
Tamen ꝑ licentiā apostoli ⁊ auctori-
tatem potest id fieri immediate p⁹ mor-
tem. ⁊ infamia nubentis aboletur: quia
in his seculares leges nō dedignantur
sacros canones imitari. ut patet extra
de secundis nuptijs. c. super illa. ⁊. c. cū
secundum.

// Qualiter cõmendabilis ẽ viduitas tum ꝓpter diuinã visitationẽ: tum ꝓpter acceptationẽ: tum etiã ꝓpter diuinam preceptionem. Capl̃m .2.

SEcundũ mysteriũ cõtemplãdũ de viduitate dicit̃ cõmendationis. Ostendit̃ ꝙ tum sit cõmendabilis triplici ratione. ꝓ rõne diuine visitationis. 2° rõne diuine acceptationis. 3° ratiõe diuine preceptionis.

Primo ratione diuine visitationis. q̇a deus viduas gratiosissime visitauit Unde .3. Reg. .17. Tempore famis missus est a deo Helias ad viduã sareptanam: que postꝙ dedit comedẽ Helie iux̃ verbũ eius: hydria farine eiꝰ nõ defecit miraculose: ⁊ lecythiꝰ olei nõ ẽ iminutꝰ omnibꝰ illis diebus. Et Judith ꝑ totũ habet̃ ꝙ grata fuerit vidua illa oĩpotẽti deo: cui tantã contulit grãm: ut ꝓpriis manibus interficeret Holofernẽ: liberaretq̃ populũ ab impetu ⁊ furore illius. Luc. ꝓo .2. c. dicit̃ ꝙ erat Anna ꝓphetissa vidua vsq̃ ad ãnos .84. q̃ vixerat cum viro suo annis .7. a ꝟginitate sua. Et hec nõ discedebat de tẽplo. ieiuniis ⁊ obsecratiõibꝰ seruiens deo die ac nocte. Huic ihs paruulꝰ: sicut ⁊ Symeoni prebuit se videndũ: illãq̃ dignatus est visitare: que cõfitebat̃ dño: ⁊ loquebatur de illo oĩbus qui expectabant redemptionẽ israhel. Secũdo dignitas viduitatꝭ apparet rõne diue acceptatiõis Luc. nanq̃ .21. scribit̃ quãtum accepta fuit oblatio vidue paupercule. de qua etiã Hiero. in ep̃la ad Julianũ sic loq̇t̃ Paupcula vidua: que duo era misit in gazophilacium: cunctos in oblatione munerꝝ dei dicit̃ supasse locupletes: que nõ pondere sui: sed offerentiũ voluntate pensant̃. Tertia rõ dicit̃ diuine preceptionis. Dedit nanq̃ deus preceptũ omnibꝰ regibus: principibus: iudicibꝰ ⁊ aduocatis: oĩbusq̃ hoĩbus ut viduarum causas tuerẽt̃: neq̃ illas opprimerent ⁊ molestarẽt. Unde Ysa. .i. dñs ait Querite iudiciũ. subuenite oppresso. iudicate pupillo. defẽdite viduã. Et Exo. 22. ait. Uidue ⁊ pupillo nõ nocebitis Si leseritis eos vociferabunt ad me: ⁊ ego audiam clamorẽ eoꝝ: ⁊ indignabit̃ furor meus: ꝑcutiãq̃ vos gladio. ⁊ erũt vxores vestre vidue. ⁊ filii vestri pupilli Et ꝑ Hiere. .22. Facite iudiciũ ⁊ iusticiam ⁊ liberate vi oppressũ de manu calumniatoris. Aduenã ⁊ pupillũ ⁊ viduã nolite cõtristare: neq̃ opprimatis inique. Et iteruꝫ Hiere. .5. dñs de his q̇ viduas spernũt ⁊ abiiciunt sic loquit̃. Preterierunt sermones meos pessime. Causam vidue non iudicauerunt. cãm pupilli nõ direxerũt: ⁊ iudiciũ pauperũ nõ iudicauerũt. Nunq̇d sup his nõ visitabo dicit dñs? aut sup gentẽ huiuscemodi nõ vlciscet̃ aĩa mea? Et Job .22. ait. Uiduas dimisisti vacuas ⁊ lacertos pupilloꝝ cõminuisti, ꝓpterea circũdatus es laqueis. ⁊ cõturbat te formido subita. Jacobus ꝓo .5. c. ait. Religio ꝓo mũda ⁊ imaculata apud deũ ⁊ patrem hec est. visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ. Sed hodierna die nõ solũ nõ visitant̃. q̇nimo vexant̃: expoliant̃: ⁊ turbant̃ a multis: rapiuntur sua bona ⁊ querũt iusticiã: nec iueniũt illã. Et quod his deterius est. vltra dãnum rerum patiũt̃ falsas grauesq̃ criminationes. Taceo reliquas melestias que eis inferũt̃. O viduarũ ꝑsecutores o lupi rapientes illaꝝ bona. o crudeles aduocati ⁊ iudices. o falsi notarii. o iniqui testes q̇s docebit vos fugere a ventura ira? Ut eni patꝫ ex dictis. inter oĩa peccata grauia maximũ scelus ẽ opprimere viduas.

// Qꝛ vidue debẽt eẽ mortificate ⁊ aliene a ꝯuersatione hominũ: ac deuotioni feruenter inuigilantes. Capl̃m .3.

TErtiũ mysteriũ declarandũ de viduitate dicit̃ regulatiõis: In quo scire licet ꝙ tres sũt regule quas vidue seruare tenent̃. Prima dr̃ mortificatiõis. Secunda cõuersatiõis Tertia deuotionis. Prima regula viduarũ dicit̃ mortificatiõis. Debẽt vidue eẽ mortificate ⁊ castigate ieiuniis

vigilijs ⁊ disciplinis : aliter i eis pudicicia tuta esse non potest. Unde Paulꝰ i. Timoth.5. Uidua que in delicijs ē viuens mortua est. Et Hiero. in epistola ad Furiam ait. O filia si apostolus corpus suū in seruitutē redegit ne cū alijs predicaret ipse reprobus efficeret: quō tu iuuencula adhuc in feruore iuuētutꝭ posita dapibus ⁊ vino plena: poteris eē de castitate secura? hec ille. Reprehensibiles itaqꝫ sūt vidue ille: que ocio vacantes comedunt ⁊ bibunt splendide. dormiūt satis: poliunt cutē ⁊ ornantur: licꝫ se vidualibus induant vestimentis

Secunda regula viduarū dicit̃ conuersationis. Debent euitare quātū pñt conuersationē hoiuꝫ. nō solū secularium sed sacerdotū ⁊ religiosorꝫ: ac quorūcunqꝫ qui spiritualē vitaꝫ profitentur: quoniā reuera nihil tam viris ꝙ mulieribus adeo est periculosū sicut crebra ⁊ frequentata etiā sub specie boni conuersatio ⁊ collocutio maxime vbi etas cōsentit ad vitium. Hinc Hieroꝰ ad Nepotianū ait. Matrem ita tu vide. ne per illam videre cogaris quarū vultus ita cordi inhereant. ⁊ tacitū viuat sub pectore vulnus. Et Johēs baptista scām matrem habuit pontificisqꝫ filius erat: ⁊ tamen nec matris affectu nec patris opibus vincebatur : ut i domo parentū cum periculo viueret castitatis. hec ille Et.32.dis.c.hospitiolum. Hospitiolum tuum aut raro aut nūꝙ mulierū pedes terant: quia nō pōt toto corde habitare cum deo: qui feminaꝝ accessibus copulatur. Si igit̃ piculosū ē viris volētibꝰ seruire deo cum mulieribus cōuersari: quanto magis ⁊ mulieribus ipsis: que debiliorꝭ sūt animi: inferiorisqꝫ nature? Debent eni vidue cauere omnes malas suspitiones. Hinc Hieroꝰ ad Saluinā. Caueto omnes suspitiōes ⁊ quicquid rationabiliter fingi potest: ne fingatur ante deuita. Debent adhuc vidue libent̃ inhabitare domū: audireqꝫ Hieronymū d. ad Eustochiū. Rarus tibi sit egressꝰ in publicū : matres tibi querant̃ in cubiculo. Et non tm̄ virorū: sed ⁊ matronarum non frequentare domos : cum Hieroꝰ dicat iterū ad Eustochiū. Nolo habeas consortium matronarū : nolo ad nobilium accedas domos : nolo te frequenter videri : ut cōtemnas qđ esse noluisti. Cur facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem dei sponsa quid properas? Disce in hac parte sanctam superbiā. Scito te illis esse meliorē. hec ille.

Tertia regula viduarū dicitur deuotiōis. Debent itaqꝫ esse deuote : timentes: diligentes: desiderantes: ⁊ colentes deū. Unde ⁊ apl'us. i. Timoth.5. ait. Si q̃ vidua filios aut nepotes habet: discat primo domuꝫ suam regere: ⁊ mutuam vicem reddere parentibꝰ. Hoc enim acceptuꝫ est coram deo. Que aūt vere vidua est ⁊ desolata : speret in deū ⁊ instet obsecrationibus ⁊ orationibꝰ die ac nocte. Huiusmōi viduis compatitur deus: easqꝫ consolat̃ tribuens in hͦ seculo suam gratiaꝫ: ⁊ in futuro sempiternam gloriā: i qua viuit ⁊ regnat deꝰ per infinita seculorum secula. Amen.

// Feria sexta quarte ebdomade i quadragesima. de diuinitate dn̄i nostri ihu xp̄i: qui licꝫ verus fuerit homo: fuit etiā verus deus : eiusdem cū patre ⁊ spiritu sancto nature. Sermo.52.

TU es xp̄s filius dei viui qui in hunc mundū venisti Scribunt̃ hec verba Joh̄.xi.c. ⁊ in euāgelio hodierno. Deridet̃ tā a gentilibꝰ ꝙ a iudeis imaculata fides nostra: quoniā predicat confitetur ⁊ adorat xp̄m crucifixum tanꝙ verum deum dominatoreꝫ celi ⁊ terre. Uerūtm̄ veritas ista tam multipliciter est declarata: ut amplius merito negari nō possit. Ad confusionē tamen omniū eorū qui contrarium tenent: asseruntqꝫ xp̄m purum hominē fuisse nō deum : in pñti

ſermone curabimus oſtendere ꝙ xp̄s eſt verus deus dei filius ab eterno a patre genitus: eiuſdem cū patre ⁊ ſpiritu ſancto ſubſtantie ſiue nature. Et diffuſe de ſua diuinitate loquemur. Jllam confitebat᷑ deuotiſſima Martha cum dicebat verba p̄miſſa i theumate. Quare cum oībus veritas eluceſcat ꝙ filius virginis qui pro nobis in cruce pependit fuerit deus verus: diuinitatē eius tripliciter inſinuabimus.

Primo auctoritate.

Secundo experimento.

Tertio ratione.

// Quomodo auctoritate veteris teſtamenti ⁊ Sibyllarū oſtendit᷑ xp̄m veruꝫ deū ⁊ hominem fuiſſe. Capl'm. j.

Primo inſinuemus auctoritate ꝙ xp̄s fuerit verus deus. Et adduci p̄nt vtriuſq; pagine ſcripture veteris ſcꝫ ac noui teſtamēti. Vn̄ Yſa. 9. c. ait. Paruulus natus ē nobis ⁊ filius datus eſt nobis. p hec v̄ba p̄nuncians xp̄i humanitatē. Deinde ſequit᷑: Et vocabitur nomē eius admirabilis. conſiliarius. deus fortis. pater futuri ſeculi. princeps pacis. Et ut dicit Nicola᷒ de lira. Trāſlatio ſeptuaginta interpretū habet: ⁊ vocabitur nomē ei᷒ magni ꝯſilij āgelus. Et trāſlatio chaldaica dicit: Et vocabit᷑ nomē ei᷒ p̄manens in ſecula Meſſias. in qb᷒ verbis exprimit᷑ xp̄i diuitas. Et Hiere. 23. ſcribitur. Ecce dies veniūt dicit dn̄s. ⁊ ſuſcitabo Dauid. g. iu. Trāſlatio chaldaica habet: ſtatuā Meſſiā iuſtū. Et ſeqt᷑: Et hoc ē nomē qd̄ vocabūt eū dn̄s iuſt᷒ noſter. Et ſ̄m Nico. de lira. vbi nos ponimus: dn̄s. in hebreo ponit᷑ nomē dei i Tetragrāmaton. qd̄ ē nomē ſignificās ſolā eſſentiā vnā diuinā. ut dic᷑ Rabbi Salomon. Per h̄ v̄o verba diuinitas ⁊ hūanitas xp̄i māifeſtat᷑. Et Baruch. 3. c. Hic eſt deus noſter: ⁊ nō eſtimabitur alius ad illū. Poſt hec in terris viſus ē ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Et Sibylla erythrea: ut Aug᷒ meminit 18. li. de ciui. dei. verſus quoſdam compoſuit de fine mūdi. Quorū p̄me littere iuncte ſonāt: Jh̄s xp̄s fili᷒ dei ſaluator. Alie etiam Sibylle naſciturū predixerunt xp̄m filium dei de virgine imaculata. He omnes ſ̄m Jſido ethimol'. li. ⁊ Lact. in. i. li. diuinarū inſti. decē fuere. Prima perſica que fuit de perſis. Secunda libyca. Tertia delphica in tēplo delphici Apollinis genita: q̄ an̄ troiana bella vaticinata eſt cuius plurimos verſus opi ſuo Homer᷒ inſeruit. Quarta chymeria in Jtalia. Quinta erythrea: de qua paulo ante tactū eſt noīe Erophila in Babylone orta: que grecis Jlion petentibus vaticinata eſt perituram eſſe Troiam. ⁊ Homerum mendacia ſcripturum. Dicta aūt erythrea quia in eadeꝫ inſula eius inuenta ſunt carmina. Sexta Samia a Samo inſula vnde fuit cognomiata. Septima cumana que ⁊ cumea: de qua Virgili᷒ Vltima cumei venit iā carminis etas. Dicta autem cumana a cumis ciuitate que eſt in campania: cuius ſepulchrū adhuc eſt in ſicilia. Octaua helleſpontia. in agro troiano nata. Nona phrygia. Decima tyburtina. Ab his omnibus diuinitas xp̄i per multa ante tempora ꝙ in vterum virginis deſcendiſſet prophetata fuit. Quarum dicta ſi ⁊ ſil' collecta legerim. tamē quia vnde originalit᷑ fuiſſent extracta inuenire nō potui: hic minime volui inſerē: pret᷑ illud quod dictum eſt per Aug. de Sibylla erythrea. Memini etiam me legiſſe ⁊ vidiſſe in caſtro papienſi prophetiam Sibylle delphice: que de xp̄o ſic continebat. Jn vltima etate humiliabit᷑ de᷒: ⁊ humiliabitur proles diuina. iūgetur hūanitati deitas: ⁊ puellari officio educabitur deus ⁊ homo. Signa precedēt apud iudeos mulier vetuſtiſſima ſcilicꝫ Heliſabeth puerum concipiet. ſtella orbis mirabitur. ducatum preſtabit ſcilꝫ magis. ad ortū. ſcilicet xp̄i. Hic habens pedes. i. annos. 33. eliget ſibi de piſcatoribus eiectis numerum duodenariū:

vnūq; diabolū. s. Judā. Non in gladio
belloue Eneadē vrbē: regesq; subijciet
sed in hamo piscatoris deiectiōe ⁊ pau-
perie supabit diuitias. ⁊ supbiā ꝯculca-
bit. huic quattuor aīalia. id ē euāgeliste
surgent in testimoniū sectantes iusticiā
legemq; irreprehensibilē. huic cōtradi-
cetur a bestia. s. antixp̄o: ⁊ surget stella
mira. i. pau. q̄tuor aīaliū hn̄s imaginē.
Erit aūt bestia horribilis. s. Maugmeh
ab oriente veniens: cuius rugitus vsq;
ad gentes punicas audietur. Hucusq;
Sibylla: que satis apte diuinitatē xp̄i
ꝓnunciauit. In historijs ꝓ romanoꝝ
legitur ꝙ tp̄e Constantini impatoris ⁊
Helene matris eius inuentū fuit in ci-
uitate Cōstantinopolitana sepulchrū
quoddā: in quo iacebat homo laminā
auream habens i pectore: i qua scriptū
erat. Jhus xp̄s fili⁹ dei nascet̄ de virgi-
ne Maria. Credo in eū. O sol sub Cō-
stantini ⁊ Helene temporib⁹ iterū me vi-
debis? Simile exemplū inuenit̄ in cro-
nicis regū castelle. Dicit̄. n. ibi ꝙ apud
Toletū in quodā saxo inuentus ē liber
satis vetustus: qui scriptus erat littera
hebraica. greca. ⁊ latina. loquēs de tri-
plici mūdo mystico. Et in illo inter ce-
tera dicebat̄. In principto tertij mūdi
xp̄s filius dei nascet̄ de ꝟgine Maria.
⁊ ꝓ salute hominū patiet̄. At ⁊ Chalci-
dius sup. z. thimei Platonis de stella
que apparuit magis in ortu xp̄i sic loq̄t̄
Non fuit stella illa morbū ⁊ mortē de-
nuncians: s; aduentū dei venerabilis
quā cum suspexissent chaldeorū ꝑfecto
viri sapientes ⁊ in consideratione rerū
celestiū satis exercitati quesisse dicūtur
recētē ortū dei. Josephus ꝓ in. 18. an-
tiquitatū li. de xp̄o ait. Fuit aūt p̄dictis
temporibus sapiens vir si virū eū noīa-
re fas est. Erat eni mirabiliū operum
effector. ⁊ doctor hominū eorū qui libēt̄
que vera sunt audiunt. ⁊ multos quidē
iudeoꝝ: multos quoq; ex gentilib⁹ sibi
adiunxit. Xp̄s hic erat. Hūc accusatiōe
primoꝝ nostre gentis virorū: cum Pi-
latus in cruce agendū decreuisset: non
deseruerunt hi qui ab initio dilexerunt
eum. Apparuit enim eis tertia die iterū
viuens s̄m ꝙ diuinitus inspirati ꝓph̄e
uel hec uel alia de eo innumera miracu
la predixerūt. Angelus autē q̄ virgini
conceptū nasciturj dei nunciauit. Luc.
i. c. subdidit. Quod eni ex te nascet̄ scm̄
vocabit̄ fili⁹ dei. Et Johes baptista de
xp̄i diuinitate sic dixit. Uidi ⁊ testimo-
niū ꝑhibui: q̄a hic est filius dei. Idipsū
dixit Nathanael Joh. i. ⁊ Petr⁹ Math
16. Audiamus iterū ⁊ Paulū Heb. i. d.
Multifariā multisq; modis olim de⁹
loquens patribus in ꝓphis nouissime
diebus istis locutus est nobis in filio:
quem constituit heredem vniuersorum:
ꝑ quē fecit ⁊ secula. Et Ro. i. Qd̄ ante
ꝓmiserat ꝑ ꝓphas in scripturis sanctis
de filio suo. Et ad Titum z. Apparuit
gratia saluatoris nostri dei. Et ne ꝓli-
xitate dicendi tediū audientib⁹ ingerat̄
dimissis alijs testimonijs que xp̄m ac-
clamant deū verū: subnotabimus vocē
illam paternā: que insonuit in monte
ut patet Math. 17. Hic est filius meus
dilectus i quo mihi bene cōplacui ipsū
audite. Et Joh. 12. cum xp̄us dixisset.
Pater clarifica filiū tuū: audita est vox
d̄ celo: Et clarificaui: ⁊ iterū clarificabo
Et quidā de turba confusū sonū illius
vocis audiētes dicebāt tonitruū factū
esse. Alij autē dicebāt angelū illi fuisse
locutū. Sed nō desūt heretici maledicti
s. Cherintus Hebion Paulus Samo-
scetanus Fotinus ⁊ alij qui s̄m Tho. i
4. sūme cōtra gentiles tam preclara va
lidissimaq; de xp̄i diuinitate testimonia
infirmare: ⁊ deijcere satagūt. Aiūt eni
ꝙ de similibus idē est iudiciū. S; oēs
illi in quibus deus inhabitat ꝑ gratiam
vocant̄ in scripturis filij dei ꝑ nūcupa-
tionē ⁊ adoptionē. ⁊ tamē nō sūt eius-
dem nature siue substantie cū ipso deo
ergo a simili dicet̄ de xp̄o ꝙ ē dei filius
ꝑ ꝑticipationē: ꝑ adoptionē: uel nūcu-
pationem: nō aūt ꝑ naturam. Probare
autē possumus ꝑ scripturas ꝙ iusti vo-
cantur dei filij ⁊ dij. Unū Dauid in ps.

ait. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi oēs. Et Joh. i. c. dicit. Dedit eis ptātē filios dei fi. h. q. cre. i no. ei⁹. Et Joh. x. Illos deos dixit ad quos sermo dei factus est Et pme sue canonice. c. 3. Uidete qualē caritatē dedit nob deus: ut filij dei nominemur. ⁊ sim⁹. Et. Ro. 8. Ipse eni spūs testimoniū reddit spūi nr̄o ꝙ sumus filij dei. Et Jac. i. Uolūtarie eni genuit nos ꝟbo veritat. Huiusmodi ꝓbatiōib⁹ heretici venenosi suum virus effuderunt. Cōtra q̄s egregi⁹ Aug. in. li. de ecclīastic dog. de xp̄o ita loquit. Natus ē ſm ꝟitatē nature ex deo dei fili⁹: nat⁹ ē ſm ꝟitatē nate ex hoīe hoīs fili⁹: ut nō appellatiōe: nō adoptiōe: ſ natura i vtraqȝ natiuitate nascendo filij nomē haberet. Ex q̄ dicto doc. theologi. di. x. tertij li. colligunt vnā ꝓpositionē. ꝙ h locutio: Xp̄s fili⁹ dei ꝑ adoptionē nullo modo est admittēda: siue ꝓferat simplicit: siue cū determiatiōe: utpote si addat iquātū homo: quia filiatio respicit ꝑsonā eo ꝙ xp̄s est vnus fili⁹: ⁊ nō duo filij. licȝ i eo sint due natiuitates. s. eterna ⁊ tēporal. Adoptio aūt presupponit quandā extraneitatē: q̄ nullo modo cōuenire pōt ꝑsone xp̄i. Ad illud ꝟo qd̄ heretici obijciūt. s. de silib⁹ idē esse iudiciū. Rn̄det Tho. in. 4. li. sūme ꝯtra gētiles. Qr alit scriptura loquit de xp̄o ꝙ sit fili⁹ dei. alit de nobis. De ipso. n. dixit Joh. 3. ⁊ Joh 6. ꝙ descēdit de celo. ꝗ erat anteq̄ de celo descēdisset. Dicit eū vnigenitū Joh. i Et Joh. 8. ipse dixit. Anteq̄ Abrahaȝ fieret ego sum. Que oīa diuinitat eius veritatē ostendūt.

Qr experimento miraculorū xp̄i ostēditur eius diuinitas: tū propter speciē operum: tum propter modū: tū ꝓpter documentum. Capitulū. 2.

SEcūdo insinuem⁹ expimēto uel exemplo ꝙ xp̄s fuerit ver⁹ deus eiusdē cū patre nature. Et de h ipse xp̄s dixit iudeis in tēplo in porticu Salomōis qn̄ circundederūt eū introgantes si esset xp̄s. Loquor vobis: ⁊ nō creditis. opa que ego facio in noīe pr̄is mei: h testimoniū ꝑhibēt de me Joh. x. Et cū ꝓpt huiusmodi verba voluissent eū lapidare dixit: Vos dicit q̄a blasphemo q̄a dixi fili⁹ dei sū. Si nō facio opa patris mei: nolite credere mihi. Si autē facio ⁊ si nō creditis mihi: opib⁹ credite ut cognoscatis ⁊ credatis: quia pater in me est ⁊ ego in patre. Ex h dicit Tho. in. 3. pte. q. 43. Qr miracula xp̄i fuerunt sufficiens testimoniū diuinitat sue ꝓpt tria. p ꝓpter speciē opeꝝ. 2° ꝓpter modū. 3° ꝓpter documentū. Primo ꝓpter speciē opeꝝ que trāscendebāt oēm ptātē create nature. ꝓpterea fieri nō poterāt nisi ꝟtute diuina. Un̄ Joh. 9. Cecus illuminat⁹ dicebat: A seculo nō ē auditū: q̄a apuit q̄s oculos ceci nati: nisi esset hic a deo: nō poterat hec signa facere. 2° miracula q̄ fecit xp̄s fuerūt sufficiēs testimoniū diuinitat sue: quia faciebat miracula ꝓpria virtute ⁊ auctoritate. Unde Luc. 6. scriptū ē. Uirt⁹ de illo exibat ⁊ sanabat oēs. Et Luc. 7. Resuscitans adolescētulū. impatiue locutus est: Adolescens tibi dico surge. Et qn̄ resuscitauit Laçarū Joh. xi. ait. Laçare veni foras. Neqȝ audiendi sunt qui dixerūt aiam beatā. ⁊ pcipue aiam xp̄i virtute ꝓpria posse miracula facere Qm̄ ut dicit Ric. di. 14. 3. li. Miracula nō possunt fieri aliqua creata ꝟtute. Un̄ q̄uis xp̄s quia est de⁹ ⁊ hō: possit ratiōe diuine potentie miracula facere. hoc tn̄ aia eius nō pōt. Vn̄ Ric. li. i. de trinitate c. 2. ait. Illa ꝓdigia ⁊ signa que fuerūt facta ad cōfirmationē fidei nr̄e. nō nisi ꝑ diuinā virtutē fieri potuerūt. Et si dicat ꝙ i suscitatiōe Laçari xp̄s egit gr̄as deo patri. Rn̄det ꝙ aliud est gr̄as referre: ⁊ aliud suffragiū ipetrare. propterea xp̄s dixit loquēs ad patrē. Ego. n. sciebam ꝙ sꝑ me audis. sed ꝓpter populū q̄ circūstat dixi ut credāt. q̄a tu me misisti. Ideo iperatiua voce clamauit. Laçare veni foras. Alij ꝟo q̄ miracula fecerūt nō ea fecere ꝟtute ꝓpria: sed virtute dei: uel ꝟtute ipsi⁹ xp̄i icarnati. Un̄ ⁊ Petr⁹ ut scribit in actib⁹ aploꝝ dixit ei q. 40.

ānis iacuerat infirmus ad portā tēpli: Jn noīe iħu surge ⁊ ambula. Tertio miracula sunt sufficiens testimoniū xp̄i diuinitatꝭ ꝓpter documētū: q̇a filiū dei se p̄dicabat. Uñ Joh.5.dixit. Paťme⁹ vsq̄ mō operať. ⁊ ego operor. Et Joh. 6. Sicut misit me viuēs pať: ⁊ ego viuo ꝓpter patrē. Et Joh.7. Si me sciretis forsitā ⁊ patrē meū sciretis. Et Joh.8. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. Et Joh.16. Exiui a p̄re ⁊ veni in mūdū. iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad patrē. Nisi hoc fuisset verū nequaq̄ ei astitisset diuina virtus in miraculoꝝ patratiōe. Nam ip̄ossibile est ipsū deū tam scelesto mendacio ferre testimoniū per opera infinite virtutis: q̄ sūt miracula vera. Ex h̄ Greg⁹ i omelia de ep̄hia ꝯtra duros iudeos sic pulchre loquiť. Oīa elemēta auctorē suū venisse testata sunt. Ut eni de his quasi quodā humano vsu loquar: deū hunc celi esse cognouerūt: q̇a protin⁹ stellā miserunt. Mare cognouit: q̇a sub eius plantis se calcabile p̄buit. Terra cognouit: q̇a cōtremuit. Sol cognouit: q̇a lucis sue radios abscondit. Saxa ⁊ parietes cognouerūt: q̇a tēpore mortis ei⁹ scissa sūt. Jnfernus cognouit: quia hos quos tenebat captiuos reddidit. Et tñ hūc quē deū oīa elementa insensibilia senserunt: adhuc infideliū iudeoꝝ corda deū esse minime agnoscunt: ⁊ duriora saxis ad p̄niam scindi nolunt: eūq̄ confiteri abnegāt: quē elemēta ut diximus aut signis aut scissionib⁹ deū clamant.

Qr apparet diuinitas xp̄i rōne scificatiōis aiaꝝ. remissiōis peccatorū. ⁊ ꝓductionis mūdi. Caplm.3.

TErtio insinuem⁹ diuinitatē xp̄i ratione. Quecūq̄ eni attribuūť s̄m veritatē alicui illa que non possunt ꝯuenire nisi soli deo. ille ē deus. Sed xp̄o attribuūť s̄m veritatē ea que ꝯueniunt soli deo. ergo ipse est de⁹. Sūt aūt illa p̄ncipalia tria. Primū est aiaꝝ sanctificatio. Secūdū pctōꝝ remissio. Tertiū mundi ꝓductio. Primū qḋ deo conuenit est animarū sanctificatio. Jḋ ipse Leuitꝭ.19.c. ait. Ego dñs q̇ sanctifico vos. Hoc ipsum diciť de xp̄o. Uñ Heb. vltimo. Jħus ut sanctificaret per suū sanguinē populū extra portā pass⁹ est. Secūdū quod deo ꝯuenit ē pctōꝝ remissio. Propterea per Ysa.43. ipse sic loquiť. Ego sum qui deleo iniquitates vestras. Sed ⁊ de xp̄o Math.2. angelus dixit Joseph. Ipse eni saluū faciet populū suum a peccatis eorum. Ex hoc Math.9.c. habeť. Qr cū q̇dā ex scribis murmurarēt intra se: quia xp̄s dixerat paralitico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Xp̄s resp̄ōdit. Ut quid cogitatꝭ mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: remittūť tibi peccata tua. an dicē: surge ⁊ ambula? Ut sciatꝭ aūt quia filius hoīs habet potestatem dimittendi peccata. tunc ait paralitico: Surge tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā. Tertiū qḋ deo cōuenit est mūdi ꝓductio. Hinc est quod p̱ Ysa.48.c. ait Ego ipse: ego primus: ⁊ ego nouissim⁹ Manus quoq̄ mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mensa est celos. Sꝫ de xp̄o etiam dicitur Joh.i. In principio erat verbū ⁊.ī. Omnia p̱ ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Et mundus per ipsū factus est: ⁊ mūdus eū non cognouit. Non cognouerūt iudei: quia i propria venit ⁊ sui eum non recepeerūt. Nō cognoscūt infideles: quia ipsum purum hominē existimantes deū verū adorare recusant. Nō cognoscūt ⁊ mali xp̄iani: qui ut dicit Paulus ad Titū.2. confitenť se nosse deū: factis autē negant. O mundanorū superbia detestanda. O temeraria mentis hūane curiositas. O deniq̄ ingratitudo maligna. Certe ille qui in cuna vagijt. in p̄sepio pānis fuit inuolutus. in terris cum hominib⁹ cōuersatus est. in cruce in medio latronū pependit. in sepulchro vsq̄ in diē tertiū latuit. ipse verus deus est. q̇ a mortuis resurgens ascendit in celū: ⁊ sedet a dextris dei. Ipse ꝓpter nimiā caritatē suā qua dilexit nos: cum in forma dei esset: nō rapinā arbitrat⁹ ē esse se equalē deo.

Exinaniuit semetipsū formā serui accipiens: in similitudinē hoīuz fact⁹ ⁊ habitu inuent⁹ ut homo. ut dicit᷑ Phil᷑. z. c. O imensa pietas. o ardentissima caritas prīs nr̄i dei. de quo dr̄ Joh. 3. Sic deus dilexit mundū ut filiū suū vnigenitū daret: ut oīs qui credit in illum nō ꝑeat: ſ; habeat vitā eternā. Hoc Greg⁹ ꝯsiderans xp̄m in cruce nudatū. clauis confossū. vulnerib⁹ plenū. coronatum spinis. extinctū morte crudeli: cū admiratione ad deū ac pietate clamabat. O iestimabilis dilectio caritatis: ut seruū redimeres. filiū tradidisti. Nos ꝓ ꝓo cuz ipso tam feruidū amorē recolentes referamus grās bn̄factori nr̄o deo ⁊ dn̄o ihu xp̄o: cui sit laus ⁊ gloria per infinita seculorum secula. Amen.

Sabbato quarte ebdomade in quadragesima. de ꝟitate: qualitate seu tp̄alitate horribilis illi⁹ bestie. s. antixp̄i: qui appꝛebit in vltimis tp̄ibus cū ꝯsūmata fuerit iniq̄tas hoīuz. Sermo. 53.

EGo suz lux mundi: Qui sequit᷑ me nō ambulat i tenebris. Uerba sūt redēptoris nr̄i originalit᷑ scripta Joh. 8. c. ⁊ in euāgelio hodierno. In vltimis tp̄ib⁹ cū ꝯsūmata erit iniq̄tas hoīuz apparebit deo ꝑmittēte horribil᷑ illa bestia que vocabulo cōi dicit᷑ antixp̄s. s. xp̄o ꝯtrari⁹. ꝓpterea saluator noster p̄monuit oēs ut solidi eēnt atq; ꝯstantes in fide: neq; desererēt ipsū saluatorē: q̄ ꝟbo ⁊ exemplo salutis viam nobis ostendit Erat eni lux vera que illumiat oēm hominē venientē i hūc mūdū. Joh. i. Qm̄ aūt tp̄e ꝑsecutionis antixp̄i multi deficient: q̄ xp̄m derelinquētes: antixp̄m sequent᷑ ⁊ colent. currētq; luce relicta p⁹ tenebras errorū ac vitiorū. Idcirco in p̄nti sermone ꝓ eruditiōe p̄ntiū de antixp̄o erim⁹ tractaturi. eo ꝙ nō ipse ſ; xp̄s est omni studio atq; conatu sequēdus.

De ipso itaq; antixp̄o tria mysteria p̄ncipalia declarabimus.
Primū dicit᷑ veritatis.
Secundum qualitatis.
Tertium temporalitatis.

Qr per auctoritates scripture ⁊ testimonia sanctorum ostenditur futurus antichristus. Cap̄lm. j.

PRimū mysteriū de antixp̄o declarandū dicit᷑ veritatis: i quo apte debemus ostendere qualit᷑ verū est ꝙ antixp̄s sit venturus: q̄ ecclesiā dei arctius expugnabit: ⁊ xp̄ianos credelissime ꝑsequet᷑ q̄ fecerit vnq̄ quicūq; alius xp̄iani nois inimicus. Ad hoc aūt ꝓbandū sunt auctoritates scripture ⁊ scōrū testimonia que sequunt᷑. Scribit᷑ nāq; Gen̄. 49. c. ꝙ Jacob patriarcha in extremo vite sue predicens filijs que ventura erant: dixit de Dan. Fiat Dan coluber in via cerastes in semita. mordens vngulas equi ut cadat assessor eius retro. Et licet ut dicit magister in historijs scholasticis intelligāt iudei hanc prophetiam de Samsone: qui fuit de tribu Dan. ut patet Judic. 13. Et iudicauit populuz ut habetur ibi 16. c. Tamen glo. ordinaria dicit ibi sic. Dan nō solum coluber sed cerastes vocatur: qui serpens esse cornutus perhibetur: quo digne antixp̄i aduentus asseritur: quoniā contra sanctos morsu pestifero ⁊ cornu ptātis armabit᷑. Ambrosius ꝓ ꝓo li. de bn̄dictiōe patriarchaꝝ dicit prefatā ꝓphiam de antixp̄o debere intelligi. Ait eni. Antixp̄s futurus est de tribu Dan. seuus iudex ⁊ tyrannus immanis qui populū iudicabit. ⁊ tāq̄ sedens i via serpens deijcere temptabit eos qui viam ambulāt veritatis. h᷑ ille. Sicut enim duodecim fuerunt apl̄i. de quorū numero cecidit vnus: loco cui⁹ successit Mathias. sic in numero duodecim tribuū filioꝝ isrl̄ vna tribus ruit s. Dan: que in antixp̄o persequet᷑ xp̄m: loco cui⁹ Apoc̄. 7. in visione beati Joh.

suppletur tribus Manassen: qui fuit
filiꝰ Joseph. ut dicit Gen̄.38. Quare
ꝓpheta Jacob recte pronunciauit anti-
xp̄m futuꝝ. Daniel. ꝟo. xi. c. ita inquit
Adhuc aliud tempꝰ erit. s. antixp̄i. s̄m
Nicolaū de lira. ⁊ faciet rex. i. antixp̄s
iuxta voluntatē suaꝫ: ⁊ eleuabit ⁊ ma-
gnificabit aduersū omnē deū. ⁊ aduer-
sum deum deoꝝ loquetur magnifica. ⁊
dirigetur. i. ꝓsperabit. donec cōpleatur ira-
cundia. s. dei ꝑpetrata quippe ē diffini-
tio: quasi dicat. sic est determinatū i dei
prescia. Et deum patrū suorū nō repu-
tabit: ⁊ erit in cōcupiscētijs feminarū:
nec quēq̄ deorū curabit: q̇a aduersum
vniuersa consurget. Et Daniel. 8. c. Cū
creuerint iniq̄tates: consurget rex impu-
dens facie. s. antixp̄s. inuerecūdꝰ ad oē
malū: etiam intelligens ꝓpositiōes. Et
roborabitur fortitudo eius: s̄ nō i viri-
bus suis. s. q̇a i viribus diaboli. Et sup̄
q̄ credi potest vniuersa vastabit. Et ꝓ-
sperabitur ⁊ faciet. Et interficiet robu-
stos. s. illos qui inuenientur firmi in lege
dei nolentes ei obedire. ⁊ ꝑplm scōꝝ s̄m
voluntatem suā: ⁊ dirigetur dolus in ma-
nibus eius: ⁊ cor suū magnificabit. Et
in copia rerū oiuꝫ occidet plurimos: ⁊
contra principē principū. s. deū ꝯsurget
Et sine manu ꝯteretur. s. q̇a illū deꝰ inter-
ficiet: nō p manū hoīs: sed angeli. De
ipso etiaꝫ antixp̄o ꝓphauit Joh. i. sua
canonica. c. z. Audistis q̇a antixp̄us
venit. i. veniet tp̄e suo s̄m Nicolaum de
lira. Et. Apoc̄. 13. Joh. ait. Uidi de ma
ri bestiam ascendentē: habentem capita
septē. ⁊ cornua. x. ⁊ sup cornua eius. x.
diademata: ⁊ sup capita eiꝰ noīa blas-
phemie. Et bestia quā vidi similis erat
pardo: ⁊ pedes eius sicut pedes vrsi: ⁊
os eius sicut os leonis. ⁊ dedit illi dra-
co virtutē suam. ⁊ potestatē magnā. Et
vidi vnū de capitibꝰ suis: quasi occisuꝫ
in mortē ⁊ plaga mortis eius curata ē.
Et admirata est vniuersa terra post be-
stiam. ⁊ adorauerūt draconē qui dedit
potestatē bestie. Et adorauerūt bestiā. d.
Quis similis bestie: ⁊ quis poterit pu-
gnare cuꝫ ea? Et datū est ei os loquēs
magna: ⁊ blasphemias. Et data ē ei po-
testas facere menses 4z. Et apuit os
suū i blasphemias ad deū blasphemare
nomen eius: ⁊ tabernaculū eius: ⁊ eos
qui in celis habitāt. Et datū ē illi facē
bellū cū scis ⁊ vincere illos. Et data est
illi ptās in omnē tribū ⁊ populū ⁊ lin-
guam ⁊ gentem. Et adorauerūt eā oēs
qui habitāt terrā: quorū nō sūt scripta
noia in libro vite agni qui occisus ē ab
origine mūdi. Sanctus etiā Metho-
dius: quem cōmendat hieroꝰ i ꝓlogo
sup Danielē. de quo etiā meminit mḡr
historie scholastice. c. 4. super Gen̄. ita
de antixp̄o dixit in libro quodā suo: in
quo tractat de primis ⁊ nouissimis tē-
poribus. Ueniet filius ꝑditionis q̇ dicitur
antixp̄s: ⁊ putans q̄ sit deus exaltabit
cornua eiꝰ nimis. Et Paulꝰ. z. Thessa.
z. c. Reuelabitur ille iniquꝰ: quem dn̄s
ih̄s interficiet spū oris sui: ⁊ destruet il-
lustratione aduentus sui. Cuiꝰ aduentus
est s̄m opationē sathane in omni ꝟtute
⁊ signis ⁊ ꝓdigijs mendacibꝰ: ⁊ i omni
seductiōe iniquitates his q̇ ꝑeunt. De
antixp̄o etiā Dama. dixit in 4. li. suarū
sniarū. Decet scire qm̄ oportet antixp̄m
venire. Et Augꝰ. zo. li. de ciui. dei. c. 19
Nō veniet ad viuos ⁊ mortuos iudicā-
dos xp̄s: nisi prius venerit ad seducen-
dos in anima mortuos aduersariꝰ eius
antixp̄s. Sed in quo templo sessurꝰ sit
incertū est. utrū in illa ruina templi: q̄d
a Salomone constructū est: an i ecclia
Et saluator noster Joh. 5. ait. Ego veni
in noie patris mei: ⁊ nō accepistis me.
Alius veniet i noie suo: ⁊ illū accipie-
tis. Et Math. z4. Cum videritis ab-
hominationē desolationis: que dicta ē
a Daniele ꝓpha stantē in loco sancto q̇
legit intelligit. Predixerat q̇ppe Daniel
9. c. In dimidio ebdomadis deficiet ho-
stia ⁊ sacrificiū. ⁊ in templo erit abbo-
minatio desolatiōis. Quod declamās
hilariꝰ sup Math. dicit. Totū iudiciū
aduentus futuri ponit. d. Cū videritis
⁊c̄. De antixp̄i eni tp̄ibꝰ hec locutus est

xp̄ha. Abhominatio eni ex eo dicta ẽ q̄ aduersus deũ veniẽs: nomẽ dei sibi ven- dicet. Desolatiõis aũt abhominatio. q̇a bellis ⁊ cedibus terraꝝ desolaturus sit. Deprehendimus ergo ꝑ tot testimonia verũ eẽ q̄ antixp̄s veniet. Sed nõnulli hanc veritatẽ subterfugere querunt. d. venisse iam antixp̄m. Nã aliqui sũt te- nẽtes hereticos omnes antixp̄os fuisse Alij opinanť illũ fuisse Nerone̅. Qui- dam vero arbitrãť q̄ fuerit spurcissim⁹ Maugmeth. Sed primis respondem⁹ nõ esse negãdũ hereticos omnes mysti- cos antixp̄os posse vocari. Quia ⁊ Joh̄ i. canonice. z. c. Antixp̄i ait multi sũt. Et Hieronym⁹ sup̱ illo v̄bo Math. z4. Multi venient in noĩe meo. d. ego sum xp̄us. inq̇t. Ego reor oẽs heresiarchas antixp̄os eẽ: ⁊ sb̄ noĩe xp̄i docere q̄ ꝯtra xp̄m sũt. Verũtñ nõ obstat quin verus ⁊ realis antixp̄s venire debeat. Contra secundos v̄o dicere possumus q̄ Nero nõ fuit antixp̄s verus. tum q̇a p⁹ ipsuꝫ inuenti sunt ⁊ alij crudelissimi ꝑsecuto- res xp̄ianoꝝ: ut Domitianus. Antoni⁹ Seuerus. Maximian⁹. Decius. Au- relianus. Dioclitianus. Maximinus ⁊ ceteri. tum q̇a antixp̄s regnare debet ꝑ tres ãnos cum dimidio. sicut patet in auctoritate sup̱ius allegata Apoc̄. vbi diciť q̄ data est illi ptãs facere menses 4z. Et Daniel. iz. c. dr̄. q̄ ꝑsecutio ei⁹ durabit ꝑ temp⁹. i. ꝑ ãnũ ⁊ tp̱a. i. ꝑ duos annos ⁊ dimidiũ tp̱is. i. dimidiuꝫ anni s̄m expositionẽ Hiero. Nero autẽ scd̄m Horosium ⁊ Eutropiuꝫ regnauit ãnis i4. Non potuit etiã Nero esse antixp̄s: q̇a antixp̄s interficiendus ẽ ab angelo: ⁊ Nero interfecit seipsum. ut qui alijs crudelis extiterat: in seipso crudelitatꝫ officium exerceret. Sed adhuc quidaꝫ dixerunt Neronẽ resurrecturũ ⁊ futuꝝ antixp̄m. de quib⁹ dicit Aug⁹ li. zo. de ci. dei. Multũ mihi mira hec opinantiũ tanta presumptio. Alios v̄o qui dixe- runt Maugmeth fuisse antixp̄m ꝯuin- cere possumus ex verbis christi dicẽtis Math. z4. Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro. Perse- cutio aũt Maugmeth durauit iam per ãnos octingentos. Persecutio autem antixp̄i licꝫ grauior ⁊ terribilior futura sit qualibet alia: abbreuiabiť ꝓpter ele- ctos. Quare expectandus est antixp̄s de quo Paulus. z. Thessa. z. c. ait. q̄ reuelabiť ille homo peccati filius perdi- tionis: qui aduersatur ⁊ extolliť supra omne quod dicitur deus.

De qualitatibus seu conditionibus antixp̄i q̄tum ad eius natiuitatẽ: ma- lignitatem. ⁊ potestatem. Caplm. z.

Secundũ mysteriũ declarandũ de antixp̄o diciť qualitatis. in quo notare debemus triplicem ei⁹ conditionẽ. Prima diciť natiuitatꝫ Secunda malignitatis. Tertia ptãtꝫ

Prima antixp̄i cõditio diciť natiui- tatꝫ. Scd̄m Methodiũ nasceť i Chora- çaim. nutrieť in bethsaida. Sed q̇busi- dam videtur q̄ nasceť in Babylone. ut dicit glo. sup̱. z. Thessa. Et Hiero⁹ sup̱ Danielẽ. Verũtñ nec hoc videť ꝯsonuꝫ veritati: nisi intelligam⁹ babylonẽ my- stice: put significat cõfusionẽ eo q̄ Ba bylon illa magna cecidit. ⁊ facta est in- habitabilis. Ex quo dubiũ videť i quo loco determiate sit nasciturus antixp̄s De gente v̄o credibile est ⁊ verisimile q̄ nasciturus sit. ut Hiero⁹ dicit sup̱. xi. c. Dañ. de populo iudeorũ. De modo aũt licꝫ quidam dicant q̄ ope demonis ge- nerabiť succubi. s. qui assumpto corp̱e in specie mulieris supponet se viro. ⁊ in- cubi qui. s. postea in specie viri cõmisce- bit se mulieri. Tamẽ hoc nulla auctori- tate ꝓbari põt. Et ut Hiero⁹ diĉ ad Pau- linũ. Qđ de scripturis scis auctoritatẽ nõ habet: eadẽ facilitate ꝯtemniť qua ꝓbať. Idcirco inherẽdũ est snie Dama. qui ait. Non ex fornicatiõe generabiť ⁊ suscipiet omnẽ actum sathane. Se- cunda conditio antixp̄i diciť maligni- tatis. Erit quidẽ homo mal⁹ vitiosus ⁊ nequã: sicut unq̄ aliquis fuerit in hac vita. Sed apud nõnullos dubiũ videť Utrũ antixp̄s erit diabolus incarnat⁹

quemadmodũ xp̃us fuit deus incarna
tus. Et q̇busdã videt̃ ꝙ sic. q̇a Greg⁹
16. moral̃. ait. Caput iniquorũ diabol⁹
est. q̇ vltimis tꝑibus illud vas ꝑditiõis
ingressus antixp̃us vocabitur. Uerũtñ
Hiero⁹ expresse ꝯtriuꝫ dicit sup illo v̓bo
Danielis. 7. c. Ecce oculi hoĩs erant in
cornu illo. Non putem⁹ inquit iuxta q̇
rundã opinionẽ illud cornu. i. antixp̃m
diabolũ esse vl̃ demonẽ: ſꝫ vnũ de hoib⁹
in quo sathan habitatur⁹ est corꝑaliter
Qḋ dictũ intelligẽdũ ẽ. nõ ꝙ istud fiat
ꝑ assumptionẽ ⁊ vnionẽ i suppósito: q̇a
ut puto inconueniẽs ẽ suppositũ quod-
cunq̃ creatũ posse nãm extraneaꝫ assu-
mere: q̇a hoc est ꝓuilegiũ singulare sup-
positi increati. Quare dicendũ ẽ ꝙ dia-
bolus i antixp̃o habitabit ꝑ totalẽ illi⁹
hoĩs possessionẽ. Et ad hũc intellectum
trahenda sũt v̓ba Greg̃. Hoc etiã ipsũ
sentire videt̃ Johes Dama. qui de anti
xp̃o ait. Presciens deus iniq̇tatẽ future
voluntatis eius ꝯcedet i eo habitare sa-
thanã. Erit itaq̃ antixp̃s homo pur⁹ ⁊
ver⁹: lꝫ diabolo familiarissim⁹: ex cui⁹
commertio multa scire ⁊ facere poterit.
Unñ Greg⁹. 29. li. moral̃. ait. Sicut. n.
cedrus arbusta cetera in altũ crescẽdo
deserit. ita etiã antixp̃s mũdi gl'iam tẽ-
poraliter obtinẽs: mẽsuras hoiuꝫ ⁊ ho-
mines culmine ⁊ signorũ ꝑtãte trãscẽ-
det. Spiritus quippe in illo est q̇ i sub-
limibus positus potentiã nature sue nõ
ꝑdidit uel deiectus. Cui⁹ idcirco virtus
nũc minime oñdit̃: q̇a dispensatiõe dine
fortitudinis ligat̃. Tertia antixp̃i cõ
ditio dicit̃ ꝑtãtis. Accipiet nãq̃ ꝑtãtẽ
a deo sinente ⁊ ꝑmittente sup vniuersã
terrã. Attrahet nanq̃ paucis dũtaxat
exceptis ad se oẽs gentes: facietq̃ non
solum obliuisci: verũ etiã blasphemari
nomẽ illud: qḋ est sup oẽ nomẽ. nomen
s. dñi nr̃i ihu xp̃i. Multaq̃ ipia loquet̃
⁊ dicet ꝯtra honorẽ eius: ⁊ v̓ginis ma-
tris: ac oiuꝫ scõꝝ celi: inducetq̃ oẽs po-
pulos ut ipsũ colãt ꝓ deo. Et ut dicitur
Math. 24. c. Erit enim tũc tribulatio
magna qualis nũq̃ fuit ab initio mũdi
vsq̃ modo. neq̃ fiet. Inuadet siq̇dẽ ille
homo pcti vniuersũ orbẽ terrarũ manu
armata: cõgregabitq̃ in prelium copias
incredibiles: nec erit q̇ possit se defendẽ
a furore illaꝝ. Largietur adhuc ampla
munera: ⁊ largissima dona his q̇ ei spõ-
te sua adherebunt. Seducet ⁊ alios si-
gnis ⁊ ꝓdigijs mendacib⁹. Et ut dicit̃
Math. 24. Surgẽt pseudo xp̃i: ⁊ pseu
do ꝓphe: ⁊ dabunt signa magna: ita ut
in errorẽ inducant̃ si fieri põt etiã electi
Cessabunt tũc deo ꝑmittente oia mira-
cula vera. Cruciabunt̃ ꝓ xp̃o illi q̇ fer-
uentes erũt. ⁊ nulla cõsolatione visita-
bunt̃. O quid erit tunc tãtas nouitates
inspicere? O quãta horribilitas videre
dirui templa ⁊ ecclesias dei: religioneꝫ
deleri: ꝯtemni virtutes: ꝓphanari sacra
⁊ pollui v̓gies: ac torqueri sine vlla pie-
tate xp̃ianos. O quãta ignominia oc-
cupabit tunc mũdũ qñ licebit vnicuiq̃
ꝓ libito ad carnalitates ad spurcitiam
omneꝫ: ⁊ ad lasciuias laxare habenas.
Sed breue erit temp⁹ illud in quo pro-
sperabit̃ diabolus antixp̃us. Qm̃ ut p̃-
dictũ est p⁹ tres annos cũ dimidio deo
iubente interficiet̃ ab angelo.

// Qꝛ ſm aliquos vicinũ ẽ temp⁹ anti-
xp̃i. tum ꝓphiarũ prenũciatione. tũ eta-
tum annumeratione. tum etiã iniq̇tatũ
consũmatione. Caplm̃. 3.

TErtiũ mysteriũ declarandũ de
antixp̃o dicit̃ tꝑalitat̃. in q̇ vi-
dendũ est an ꝓximũ sit ⁊ vicinũ
tẽp⁹ quo apparere debeat pessimus anti-
xp̃us. Et saluo iudicio meliore: dicunt
quidã ꝙ sic ꝓpter tria. Primo propt̃
ꝓphiaꝝ prenunciationẽ. Secũdo ꝓ-
pter etatũ annumerationẽ. Tertio ꝓ-
pter iniquitatũ cõsũmationẽ. Primo
ꝓpter ꝓphiarũ p̃nũciationẽ. Aiunt enĩ
abbatẽ Joachim spiritu claruisse ꝓphi-
co. Ipse v̓o papalistã depinxit: i q̇ mul-
ta futura de statu ecclesie prenũciauit.
Ibiq̃ ponit duos post istũ q̇ Paulus se-
cundus vocat̃ sũmos pontifices eẽ fu-

turos. post quos ⁊ tertius depingit qui
coronā exhibet antixpo. Sʒ ⁊ ego dico
ꝙ licʒ multa predixerint Joachim. scā
Brigida Methodius Merlinꝰ ⁊ ceťi
qui spm̄ habuerūt ꝓphie. tñ ut m̄ videt
dicta eorū nō intelligunt. Nam de Ni-
colao Calisto Pio ⁊ Paulo pōtificibꝰ
maximis nihil inuentū est. qd̓ Papali-
sta sonet ꝫm veritatē. Quod si verū sit
relinquo arbitrio sapientiū dicendum.
Et ꝓpterea reprehensibiles potiꝰ iudico
q̄ꝫ laude dignos eos q̇ ꝓphias que in
scriptura sacra nō habentur nimis cu-
riose legere ⁊ interpretari studēt: q̄m se-
pius inueniunt decepti. Scio etenī etiā
graues ac sanctos viros in hoc ipso de-
fecisse. Naʒ quidā egregius ⁊ sanctus
predicator diebus nostris cathalogo
scōrū ascriptꝰ bono çelo ductꝰ publice ⁊
sepissime predicauit. imo sup inde tra-
ctatū copiosissime scripsit. Qz suo tēpore
natus erat antixp̄s. habebat ipse quas-
dam prophetias: aliquasqꝫ rationes q̇-
bus inducebat: ut ita crederet ⁊ p̄dica-
ret. Sʒ reuera euidentia facti declarat
ipsum fuisse deceptū. Et sic nō audeo p
aliquā ꝓphetiā quā nō intelligo teme-
re diffinire ꝙ tēpꝰ iam im̄ineat antixp̄i.

Secunda rō que mouit aliquos ut
dicerent proximū iam fore antixp̄i tēpꝰ
est propter etatū ānumerationē. Dicūt
enī nos esse in sexta etate mundi ex qua
p̄terierunt 1466. anni. Et ex cōsequēti
in breui mundꝰ habebit finē. Et cū anti-
xp̄s anteq̄ꝫ mundus finiatur venturus
sit. ergo veniet in breui. Sed quid ad h̄
dicendū sit diffusius habebit in sermōe
de contemptu mundi. Tertia ratio q̄
pleriqꝫ astruere nitunt antixp̄m cito eē
venturū est ꝓpter iniquitatū consūma-
tionē. Dicunt enī impletā iam ⁊ consū-
matā esse mensurā iniquitatū ⁊ pctōrū
ac p hoc instare tempꝰ. de quo. z. Thi.
3. c. dicit. In nouissimis diebus insta-
bunt tpa piculosa ⁊ erunt hoīes seipsos
amātes. cupidi. elati. supbi. blasphemi.
parentibꝰ nō obediētes. ingrati. scelesti.
sine affectione. sine pace. criminatores.

incontinentes. imites. sine benignitate
ꝓditores. proterui. tumidi. voluptatum
amatores magis q̄ꝫ dei. habentes q̇deʒ
spēʒ pietatis. virtutē aūt eius abnegā-
tes. h̄ illi. Quia ꝑo oīa supradicta in-
uoluerunt hoīes mortales miserosqꝫ ⁊
potissimū eos qui nomē xp̄ianū ꝓfitēt
ꝓpťea ⁊ si rō tertia nō cōcludat de facto
ꝙ vicinū sit tempꝰ antixp̄i. satis tñ effi-
cax est ad nos monēdū ut illud timea-
mus tempꝰ. Heu heu. quis sine horrore
cogitare queat q̄ꝫtū hodie supabnuda-
uit iniq̇tas ⁊ refrigerata ē caritas mul
torū? O xp̄iana religio. o decora ⁊ in-
uiolata fides. psequunt te hodie. detur-
pant ⁊ inficiunt nō tm̄ aligenigene: h̄ ⁊
tui qui fideles ⁊ xp̄iani vocari gloriāt.
Illi sunt qui modicā aut nullā habent
ad dei cultuʒ reuerentiā. Illi qui eccle-
siasticas dignitates pro explendo am-
bitionis sue appetitu furantur ⁊ rapiūt
Illi sunt qui collocauerunt vineaʒ dn̄i
sabaoth. id est ecclesiam sanctam. non
agricolis fidelibus: sed ut ita dicā atro-
cissimis hostibus. Illi sunt qui eccl'iaꝝ
bona lacerant. dissipāt. in vsus malos
expendunt ⁊ deuorant: sicut lupi. Illi
sunt qui principantur. imperant ⁊ do-
minantur populis sine iusticia. sine ve-
ritate. sine clementia. Illi sunt qui pre-
cepta dei viuentes negligūt ⁊ ꝯtēnunt.
Non colunt deum. non amant. non ve-
nerātur. ⁊ blasphemant nomen eiꝰ scm̄.
⁊ in illo piurant. dies festos nō seruāt.
parentes aspernant. inuidi sūt. iracūdi
litigiosi. seditiosi. percussores. homicide
humanū sanguinē crudeliter effunden-
tes. Non erubescunt quasi iam publice
adulterari. fornicari. ⁊ qd̓ his fedius ē
contaminari fetidissimo vitio sodomie
Auaritie aūt locū dederūt ita ut nulla
sit āplius ꝟitas. nulla fides. nulla cari
tas i eis. Lucrant p vsuras. fraudes. si-
mulatiōes deceptiōes ⁊ alios idebitos
modos. Licentiarūt linguā ut loquat
criminatiōes. mēdacia. testimonia fal-
sa. detractiones. susurratiōes. scurilita-
tes, cōtumelias. improperia ⁊ cōuitia.

Aperuerunt cor suũ ad cõcupiscendũ huiꝰ seculi bona: ⁊ ad desiderandũ delectari in pctis carnis. Fregerunt multi votũ qḋ deo fecerant. Finxerũt multi bonitatẽ vite. acceperũt ouiũ vestimẽta intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. O quãta peccata ⁊ q̄̃ enormia latent sub ouina pelle. o magne deꝰ. o sapiẽtissime dñe: tu oĩa vides: tu oĩa deniq̃ nosti. Nos ꝟo merito ꝓpter tanta facinora timere debemꝰ ne ĩ nos deseuiat ira sua sinatq̃ ꝑ antixp̄m vexari mũdũ tempestate magna. A qua nos liberet redemptor noster piissimꝰ: qui cũ patre ⁊ spũ sancto viuit ⁊ regnat ꝑ infinita secula seculorum. Amen.

// Dominica de passiõe in mane. de honore parentũ exẽplo xp̄i: qui ĩ euangelio suũ patrẽ honorare se asserit. s. quo ad dilectionẽ: subiectionem. ⁊ conuersationem. Sermo. 54.

Ego honorifico patrẽ meuẽ. Verba sũt redemptoris nostri originaliter Joh. 8. c. ⁊ hodierno euangelio annotata. Facti sunt adeo ut plĩmũ impij filij ad parentes suos. ut merito quilibẽ pater aut mater dicẽ possit illud Ysa. i. Filios enutriui ⁊ exaltaui: ipsi aũt spreuerunt me. Ut igitur etiã ⁊ ipsi iuuenes ⁊ adolescentes ac pueri parẽtes colendo ad verã penitentiã reducant̃: in p̄nti sermone de honore parentũ dicẽ statui. Nam Exodi. 20. c. dñs deus dixit. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuã: ut sis longeuus sup̱ terrã. Xp̄s ꝟo in euangelio hodierno patrẽ se honorare fatetur. ut sic nos etiã suo exemplo instrueret q̇d agere debemus. De ipso itaq̃ parentuẽ honore tria mysteria declarabimus.
Primũ dicit̃ dilectionis.
Secundum subiectionis.
Tertium conuersationis.

// De honorandi sunt parentes propter beneficiorum multiplicitatẽ. ꝓpter parentũ caritatẽ. ⁊ ꝓpter irrationabilium exemplaritatem. Caplm. j.

Primũ mysteriũ declarandũ de parentuẽ honore dicit̃ dilectionis. Debent vtiq̃ filij q̇ parẽtes honorare volũt illos diligere ⁊ ex corde amare ꝓpter tria. Primo ꝓpter bñficiorum multiplicitatẽ. Secundo ꝓpt̃ parentũ caritatẽ. Tertio ꝓpt̃ irrationabiliũ aĩaliũ exemplaritatẽ. Primo filij debent parentes diligere ꝓpter bñficiorũ multiplicitatem. Quisnã explicet quot a parentibus filij bñficia receperunt? Ab illis equidẽ sumpserũt esse quod bonũ tam grande est. ut ipsum sit fundamentũ omniũ aliorũ bonoꝝ. Nã qui nõ habet eẽ: nullũ aliud bonũ habẽ potest. nõ diuitias. nõ gloriã. nõ famã. non sciam. nõ virtutes. nõ grãm. nõ vitã eternã. Ipsũ etiã esse bonũ ab omnibus est desiderabile. Vñ Ari. 2°. de aĩa inquit. Oĩa appetunt esse. ⁊ illius causa agunt q̄cunq̃ agũt ẜm nãẽ. Propt̃ hoc bonũ a parentibꝰ habitũ libro de ebdomadibus Boetiꝰ ait. Omniũ bonorũ ipsũ eẽ bonũ est. Hic etiã sapiẽs Ecc̄i. 7. c ait. Honora patrẽ tuũ ⁊ gemituũ mr̃is tue ne obliuiscaris. Memẽto quoniam nisi ꝑ illos nõ fuisses. Et Hiero in ep̄la de honore parentũ ait. Honorandi sunt parẽtes. q̇a ꝑmo sũt nobis cã nascẽdi. Hoc beneficio motꝰ Coriolanꝰ romanꝰ consul ab vrbis rome obsidione cessauit. Scribit nãq̃ de illo Eutropius q̄ postq̄̃ vicerat volscos ⁊ coriolos: vnde postea nomẽ accepit exul factus romanis ad volscos in exilium mittitur. cum quibus gratiose viuẽs ab eis cõtra romanos dux factus ẽ. Et pꝰ multas ciuitates ⁊ terras ab eis adeptas ad fossas q̇nq̃ miliũ passuũ ab vrbe castra posuit. secundus pꝰ Tarquiniũ sup̱bũ: q̇ ꝯtra patriã duxisset exercitũ. Populat̃ inde romanũ agrũ custodibꝰ inter populatores positꝭ. qḋ ẜm Frontinũ de re militari. faciebat ut discordia orireť int̃ p̄res ⁊ pplm. Multitudo tãdẽ ingens

pacem expectans: senatū mouit. ut ad
Coriolanū oratores mitteret. Qui cū
nō obtinuissent: iterū missi alij nō reci-
piuntur in castris. Mittunt postea sa-
cerdotes cū suis insignibus velati: qui
minus fecerūt ꝙ primi. Tūc matrone
ut scribit Valerius sub rubrica de pie-
tate erga parentes. ad Vecturiā matrē
Coriolani. Volumniāqꝫ vxorē frequē-
tes cōueniūt ut ipsa mater ⁊ vxor Co-
riolani duos eius filios i hostiū castra
ducerent: ⁊ vrbē precibꝰ liberarent: quā
armis tutari difficile erat. Cuꝫ ḡ adca-
stra ventū ē: nūciat Coriolano adesse
ingens mulieꝝ agmen. qui spreuit eas.
mox quidā familiarū: nisi me inquit
decipiāt oculi: mater tua. ꝯiunx ⁊ liberi
tui adsunt. Tunc Coriolanus cum ma
ponebant. Sed quicquid Arı̃. senserit
⁊ ceteri phi de eternitate mundi.a nob
paruifaciendũ ẽ: qm̃ scriptura sacra te-
statur mundũ nõ fuisse ab eterno. Vñ
ꝓũ.8. Sapientia dei deus dei filius cũ
patre eternus ⁊ cum spiritu sancto ait.
Dominus possedit me in initio viarum
suaꝝ: anteq̃ quicq̃ faceret a principio
ab eterno ordinata sum: ⁊ ex antiquis
anteq̃ t̃ra fieret. Ipse adhuc ibs bñdi-
ctus deus incarnatus Joh.17.inquit
Pater clarifica filiũ tuũ claritate quã
habui anteq̃ mũdus fieret. Vñ aperte
innuit mundũ ab eterno nõ fuisse. Rõ
aũt est ꝫm Tho.vbi s̃. Quia voluntas
dei est causa rerũ.ut nõ.de ꝯse.di.2.i.c.
reuera.7.c. oia. Sic ergo necesse ẽ oia
esse sicut necesse ẽ deũ velle: cum neces-
sitas effectus ex necessitate cause depen
deat.ut dicitur.5.metaph. Absolute g̃
loquendo non est necesse deũ aliquid
velle nisi seipsũ. Unde nõ est necessariũ
deum velle ꝙ mundus semꝑ fuerit: sed
eatenus mundus est quaten⁹ de⁹ vult
ipsũ esse.cũ esse mũdi ex dei volũtate de-
pendeat sicut ex sua causa. Et si dicatur
Cur de⁹ nõ cõdidit mũdũ añq̃ cõderet
Rñdet Aug⁹ li.i.sup Geñ.ꝯ manicx-
os: q̇a noluit. Et si adhuc petat̃ cur no
luit. Adhuc rñdet ꝙ non possum⁹ assi-
gnare cãm volũtatis diue: q̇a tũc esset
dare aliquid mai⁹ voluntate diua.qd̃ ẽ
falsum. Ideo magister sen.i.di.2.li.ait
Voluntatis dei cã querẽda nõ ẽ. Tũc
ergo de⁹ mũdũ ꝓduxit.cũ voluit ⁊ sibi
placuit. Qd̃ etiã ꝯfirmat Macrobius
li.2. de sõno Scipionis.d. Quis non
hinc estimet ipsũ mundũ cepisse.⁊ nec
longã retro ei⁹ etatẽ: cũ ab hinc vltra
duo retro annoꝝ milia de excellentium
rerũ gestarum memoria.nec greca q̇dẽ
extet historia. Nam sup Ninũ nihil in
libros preclarũ redactũ est. Si eni ab
initio imo añ initiũ fuit mũd⁹.cur per
inumerabiliũ seriem seculoꝝ nõ fuerit
cultus: quo nũc vtimur inuentus: non
litteraꝝ vsus: quo solo fulcit̃ et̃nitas?
Huiusmodi oia videt̃ eternitati rerum
repugnare.dũ opinari nõ faciũt certo
mũdi principio paulatim singula q̃q̧
reperisse. Tertiũ de mũdo declarãdũ
dicit̃ vnitas. Circa quod querit̃. vtrũ
mũd⁹ sit vn⁹ aut pl̃es. Et licz Anaxa-
goras ⁊ Democritus dixerint eẽ infini-
tos mũdos: tñ scriptura mundũ noĩat
in singulari.q̇a vnus est ⁊ nõ pl̃es. Rõ
est ꝫm Tho.vbi s̃. Quia vnus ẽ ordo
in rebus creatis existens. ꝓp̃ea mũd⁹
dicit̃ vnus vnitate ordinis: ꝫm ꝙ q̃dã
ad alia ordinant̃. Nam quecunq̧ sunt
a deo: ordinẽ habẽt ad inuicẽ: ⁊ ad ipsũ
deũ. Quare necẽ ẽ ꝙ oia ad vnũ mun-
dũ pertineant. Hinc Arı̃.xi.metaph.ex
vnitate ordinis in reb⁹ existentis ꝯclu-
dit vnitatẽ dei gubernantis. Fecit ergo
deus vnũ mũdũ: licz cõstet ex diuersis
distinctisq̧ partib⁹ ⁊ naturis. Omniũ
vero que sũt finẽ voluit esse hominẽ ra-
tionalẽ.ꝫm illud phi. Sumus quodã-
modo finis omnium eorum que sunt.

Dicit tñ Boñ. i. di. secundi. q̄ hō dicit̄ finis sub fine. Sʒ deus est finis principalis ⁊ vltimus: qm̄ omne officiũ: omne motũ: omneq̄ opationē cuiuscũq̄ create nature deus ad vsũ hoīs deputauit. Illi nanq̄ seruiũt elementa. obsequũt̄ celestia corpa. ⁊ assistũt ad custodiā āgeli. Et cur ista nisi ut omnia diligant benignissimũ deũ: qui non ideo fecit mũdũ ad hoīs vsum ut inde ipse contemneret̄ ꝫ potius ut ab hoīe cognosceret̄ ⁊ amaretur, ꝓpter tot exhibita bñficia? O igit̄ ingratissima anima que creaturam in amore p̄ponis creatori tuo: bonũ sũmũ ⁊ increatũ negligis atq̄ spernis ꝓ bono vilissimo ⁊ creato. Nō sic aīa peccatrix non sic. Euigila ⁊ suspice celũ. contemplare ibi deum creatorem benefactorẽ ⁊ glorificatorẽ tuũ tibi dicentē atq̄ clamantem. Noli diligere munduʒ. dilige me q̇ illũ ad te tā ordinate creaui. Noli me obliuioni tradere. Noli ꝓ momentanea dilectione perdere eterna gaudia ⁊ obligare te ad eterna supplicia.

Qr mundus est cōtemnendus: quia finietur ⁊ consũmabitur. ⁊ quid cognosci potest a nobis de huiusmōi fine ⁊ cōsũmatione. Caplm. z.

SEcunda ratio quare ꝯtemnēdꝰ est mundus dicit̄ finalis cōsũmationis. Habebit nāq̄ mũdꝰ iste consũmationē ⁊ finem: nec durabit semp. Ad cuius clariorē intellectuʒ in hac parte circa tria dubitare contingit. Primo circa noticiā gnālē. Secũdo circa noticiā certitudinalē. Tertio circa noticiaʒ coiecturalē. Primo contingit dubitare de fine mundi circa noticiam generalē. Utrũ s. in generali cognoscere possumꝰ ⁊ scire q̄ mũdus habebit fineʒ. Et rñdeo q̄ sic. eo q̄ sancte scripture: omnesq̄ doctores id tenent ⁊ cōfitent̄. Unde Jo. i. ca. c. z. ait. Trāsit mundus ⁊ cōcupiscentia eiꝰ. Et. i. Cor. 7. Paulus ait. Preterit figura hꝰ mũdi Et xp̄s Luc. zi. ⁊ Marci. 13. ⁊ Math z4. Celum ⁊ terra trāsibũt. Et Dauid in p̄s. Opa manuũ tuarũ sunt celi. Ipi pibunt tu aũt pmanebis. ⁊ omnes sicut vestimentũ veterascent. ⁊ velut amictuʒ mutabis eos: ⁊ mutabunt̄. Et sapiens Ecclíastes. 3. Oia tēpꝰ habēt: ⁊ suis spatijs trāseunt vniũsa sub sole. Et Augꝰ in. q. noui ⁊ veteris testi. Et. 1z. super Geñ. ad lrām. Incōueniēs est mundũ eternũ dicere: quē cum videmꝰ passioni subiectũ ⁊ p singula senectute deficere credimus ⁊ finiri. Et Gregꝰ in moral. exponens illud Job. 14. c. Nō resurget homo donec atterat̄ celũ. ⁊ nisi hꝰ mũdi finis aduenerit: humanũ genꝰ a somno mortis nō euigilabit. Sed posset aliq̄s arguere contra ex dictis phoꝝ ⁊ etiam scōrũ. Nam Plinius li. i. historie nālis ait. Munduʒ minime esse credi par est eternũ imensũ neq̄ genitũ neq̄ interiturũ vnq̄. Et Arī. li. i. de planetꝭ. Mũdus totalis est ppetuꝰ ⁊ sempiternꝰ: nec cessabit vnq̄ generare aīalia ⁊ plantas ⁊ omnes suas species. Et idem in. z. de generatiōe. Semp cōtinua erit gnātio ⁊ corruptio ⁊ nũq̄ deficiet. Ric. etiā in 4°. 43. di. dicit q̄ fuit opinio quorundā phoꝝ q̄ cum oīa naturalia p influentiā corporũ celestiũ disponant̄: qñ oēs partes celi redibunt ad primũ sue creationis locũ: tunc oīa generabilia ⁊ corruptibilia eadeʒ numero que ante fuerant reuertentur. Et hoc p naturā vniuersalem: que sicut dicit Auicēna. in. 6 metaph. est virtus infusa in substātias celoꝝ gubernās vniuersitatē gnātionũ Illa aũt celi dispositio erit in cōplemēto. 36. miliũ annoꝝ ab illo instanti quo creatũ est firmamētũ. Hanc ꝟo opinionē deridēdo cōmēorat Augꝰ. iz. de ci. dei. c. 13. o. q̄ q̇ sic tenuerũt ꝓfitebāt̄ Platonē iteꝝ lecturũ i achademia: easdēq̄ futuras scholas: illosq̄ phos qui ante fuerunt. Uerũtñ oēs phi qui de mundi eternitate loquũt̄: aut ex pte ante: aut ex parte post. ut inquit Augꝰ. 9. c. p̄fati li. iz. dicunt qō putant nō qō sciũt. Et contra ponentes annoruʒ rerũq̄ illam reuolutionē sup̄dicto. c. 13. inq̇t. Absit ut nos ista credamus. Semel eni xp̄us

mortuus est.p peccatis nostris.surgēs autē a mortuis iam nō morit̄: mors ei vltra nō dn̄abit̄.7 nos post resurrectionem semp cū dn̄o erimus.hec ille. Sūt tn̄ nonnulli obijcientes ex dictis sacre scripture. Nam Eccl.i.dicit̄. Generatio preterit 7 generatio aduenit:terra autē in eternū manet. Et de sole luna stellis ceterisq̄ celestibus corpibus Dauid ps 159.ait. Statuit ea i eternū 7 in seculū seculi.ergo nō deficient.7 ex cōsequenti mundus durabit i eternū.7 semp erūt terra elementa 7 celestia corpora. Cui obiectioni respondere possum⁹ ex dictis Scoti.i.4.dis.43.q.i.rn̄sioē ad secūdū argumentū:cum quo cōcordant ceteri theologi in.4.di.48. Dicimus ergo q̄ mundus potest considerari dupliciter. s.q̄tuz ad suā substantiā siue essentiā: 7 q̄tum ad suas opatiōes. Mundus ergo manebit q̄tū ad substantiaz:s3 nō q̄tuz ad opationē. Unde Ric.dicit q̄ cessabit motus corpoꝝ celestiū.quia ut habet̄ Apoc.x.angelus iurauit q̄ tempus ampli⁹ nō erit.s3 impossibile est esse motū sine tpe.ergo motus celi cessabit: non quidē p naturā:sed p voluntatē intelligentiarū mouentiuz obedientiū voluntati creatoris in desinendo mouere sicut ex amore eius modo sibi obediūt i mouendo. Quapropter cōuenienter a pho.iz.metaph.dr̄. Causa prima mouetur i ratiōe amati 7 desiderati. Si tn̄ phus i suo pho sanū habuit intellectū. Tūc aūt placebit creatori ut ampli⁹ intelligentie corpora celestia nō moueāt: quia tunc habebit̄ finis motus corpoꝝ illorū. Intelligētie eni mouēt illa corpora ut p motū eorū fiat renouatio influentiarū:7 contempantia: que req̄rit̄ ad generationē 7 corruptionē quousq̄ impleatur numer⁹ electoꝝ. Omne aūt q̄d p aliquē finē mouet̄: illo fine habito rōnabile est q̄ ab illo motu quiescat Tho.etiā in.4.summe contra gentiles c.vltimo ait. Quia omnia corporalia quodāmodo sūt ꝓpter hoiem:cōsumato electorum numero necesse est ut totius creature corporee status imutet̄ ut cōgruat statui hominū qui tūc erunt. Et q̄a tūc hoies incorruptibiles erūt: a tota creatura corporea tollet̄ generatiōis 7 corruptionis status. Et sic nō germinabit amplius terra.non ambulabunt in siluis animalia.non volabunt aues in aere.non fiet vicissitudo temporum. nō alternatio diei 7 noctis.nō videbūt̄ homines inhabitare terrā.non repient̄ ciuitates.castella.7 oppida.non edificia.non agriculture.non exercitia 7 artes.non erūt dominia principatus 7 regna. Si autē quereret̄.ergo quid erit? Respondeo q̄ i fine seculi oēs homines morient̄:7 omnes postea resurgent. Exurget autē flāma cōflagrationis:7 diluuiū ignis. s̄m illud ꝓphe. Ignis añ ipsū precedet. Et de illo dicit glo.sup.z c.z.Thessa.7 Beda in glo.sup.z.Pet 3.c.q̄ tantū ascendet quantū aq̄ diluuij fuit altior sup omnes montes terre. Et lic3 aliqui voluerint contendere q̄ diluuium illud fiet naturaliter: eo q̄ illius ignis generatio erit naturalis: q̄a virtute ignis elementi 7 corporū celestiuz generabitur in materia terrestri aquea 7 aerea. Et allegant Senecam in li.de q̄ōnib⁹ naturalib⁹.7 Ari.i.z.metaph. qui aiunt. Dixit Empedocles arsuram esse terrā cū vniuersa sidera conueniēt in signo cancri:7 vniuersalē inundationem futuram cum eadem turba siderū cōuenient in capricornio. Tamē Ric. in.4.dicit q̄ sicut purgatio mundi per aquā diluuij fuit supnaturalis ad purgandum munduz de hoibus malis. s̄m q̄ manifeste innuit tex.sacre scripture: Ita 7 illi⁹ ignis productio erit supnaturalis. Nec est incōueniens q̄ ei⁹ productionem precedat vehemeus siccitas naturaliter generata illius ignis productioni concordans.non tn̄ sicut dispositio necessaria: sed congrua. Quare autē p̄ma purgatio mundi fuit p aquā 7 secūda erit p ignē. Dicit Bon.47.dis. q̄rti.q̄ rō est: quia sicut i principio ardor regnauit ɔcupiscētie:sic in senectute

mundi frigus auaricie. Refrigescet eni
caritas multoꝝ. ⁊ ideo qa purgatio dȝ
fieri ꝑ cõtrariũ: sicut purgatio ardoris
ꝯcupiscentie facta est ꝑ aquã. sic purga-
tio frigorꝭ malicie ⁊ auaricie fiet ꝑ ignẽ
Post resurrectionẽ ꝟo erit ꝓ amicis dei
dies longissima iocundissima atq; leta
qui nunq̃ habet noctẽ: quãdoquidem
oẽs electi cũ aia simul ⁊ corꝑe ꝯregna-
bunt hinc cũ xp̃o. Pro dãnatis aũt re-
probis fiet nox amara ⁊ tenebrosa que
ꝑ infinita secula protrahet. in qua nũq̃
deerunt luctus. gemitus. suspiria. ⁊ ve.
quãdo ⁊ ipsi cum aia simul ⁊ corꝑe tre-
mendas penas inferni luent. 2º ꝯtin-
git dubitare circa noticiã certitudinalẽ
vtrũ possit aliquis certitudinaliter scire
quantũ tempus sit vsq; ad consũmati-
onẽ seculi. Et rñdet Ric. 4 ⁊. di. q̃rti. q̃
non. qa ut tactũ ẽ suꝑius: ꝯsũmatio se-
culi nõ dependet a causa naturali: sed
a voluntate diuina. Jõ xp̃s dixit Math.
25. Nescitis diẽ neq; horã. Et Marci
13. De die aũt illa ⁊ hora nemo scit: neq;
homo neq; angeli celoꝝ: neq; filius. Et
ẜm Aug. sumit hic filiꝰ ꝓ capite rõne
membroꝝ. ⁊ nõ rõne proprie ꝑsone: q̃m
xp̃s nouit oia: oiumq; sciam habuit. ut
dicit in. 3. sen. ẜ nulli mẽbro suo decla-
rauit q̃ diu erit mũdus duraturꝰ. Hinc
Luc. 12 dixit. Estote parati: quia qua
hora non putatis filius hois veniet. Et
Marci. 13. Uidete vigilate ⁊ orate. ne-
scitis eni quãdo tempus sit. 3º ꝯtingit
dubitare circa noticiam coniecturalem
Utrũ. scȝ ꝑ coniecturas aliquas posset
quis asserere modico tꝑe mundũ fore
duraturũ. Et q̃dã dicũt q̃ sic. inducen-
tes suo modo tres principales cõiectu-
ras. Prima est etatũ antiquitas. Di-
cunt eni etates mundi etati hois com-
parari. qd̃ Augꝰ sentire videt suꝑ Job.
⁊. 22. li. de ciui. dei. in fine. Sicut ergo
sex sunt etates hois. ⁊ in sexta nõ potest
diu viuẽ. ita ergo in sexta etate diu du-
rare nequit. Prima etas hominis est
infantia: que durat vsq; ad septimum
annum. Secunda est pueritia vsq; ad

14. annum. Tertia est adolescẽtia usq;
ad. 25. ãnũ. Quarta est iuuentus vsq;
ad. 50. Quinta est senectus vsq; ad. 80
Sexta ẽ decrepitus vsq; ad mortẽ. Cũ
aũt ad illã ꝑuenit iã certus est q̃ mors
nõ multũ tardabit. Et licȝ quãdoq; se-
nes cõfortent seipsos dicantq;: adole-
scentes etiã moriunt. allegantes illud
dictũ Tullij in li. de senectute. Frustra
sperat adolescens se diu victurũ. Quid
eni stultius q̃ incerta ꝓ certis habere:
q̃m etiã illa etas m̃lto plures q̃ senectꝰ
mortis habet casus. Facilius eni ado-
lescẽtes ĩ morbos incidũt. grauiꝰ egro-
tant. tristius curant. tamẽ vrbana con-
futatio huiꝰ sentẽtie est quã facit sancta
Marcella. de q̃ Hieroꝰ ĩ ep̃la ad Prin-
cipiam ait. Orbata patris morte: viro
quoq; post nuptias septimo mense pri-
uata est. Cũq; eã cerealis Inus: cla-
rũ inter consules nomen est: ꝓpter eta-
tem ⁊ antiquitatẽ familie: ⁊ insignẽ: qd̃
maxime viris placere consueuit. decorẽ
corꝑis ac moꝝ tꝑantiã ambitiosus pe-
teret: suasq; lõgeuꝰ polliceret diuitias:
ẜ nõ quasi in vxorem. ⁊ q̃si in filiã vel-
let donationes transfundere: Albinaq;
mater tam clarũ presidiũ viduitate do-
mus vltro appeteret: Illa rñdit. Si vel-
lem nubere ⁊ nõ eterne me pudicitie de-
dicare: vtiq; maritum quererẽ nõ here-
ditatem. Illoq; mandante: posse ⁊ se-
nes diu viuere ⁊ iuuenes cito mori. ele-
ganter lusit. Juuenis q̃dẽ põt cito mori
sed senex diu viuere non potest. hec ille.
Si ergo mors vicina est senectuti. ergo
finis ĩminet mundo iam senescenti. Est
equidẽ prima etas eius ab Adã usq;
ad Noe. Secũda a Noe vsq; ad Abra-
ham. Tertia ab Abrahã vsq; ad Da-
uid. Quarta a Dauid vsq; ad captiui-
tatẽ babylonis. Quinta a captiuitate
babylonis vsq; ad xp̃m. Sexta a xp̃o
vsq; ad finẽ mundi. Ex ista autem sexta
etate fluxerũt. 1466. anni. quare videt
q̃ parũ est illud qd̃ suꝑest. Secunda
ꝯiectura quã sumũt alij de ꝓpinquitate
finis mũdi ẽ antixp̃i vicinitas Asserũt

eni ꝫm ꝓphias antixp̄m fore de ꝓximo venturū. post cuius aduentū nō multū durabit mundus. Tertia coniectura est peccatorū cōsūmata iniqtas. Refriguit quippe caritas multoꝝ: ⁊ ex omni pte supabundat malicia. ⁊ ingratitudo occupauit cunctos habitatores terre. Verūtn̄ cuz coniecturis huiusmōi aut similib⁹ non audeo ego affirmare q̇cq̄ de vicinitate finis mūdi: sequēs in hoc Aug. qui li. 18. de ciui. dei. c. 53. ait. Frustra ānos qui remanēt: huic seculo cōputare ac diffinire conamur: cū hoc scire non esse nostrū ex ore veritatis audiuim⁹. Quos tamē alij q̄dringētos alij q̇ngētos alij etiā mille ab ascēsiōe dn̄i usq̄ ad vltimū ei⁹ aduētū cōpleri posse dixerūt. Queādmodū autē quisq̄ eoꝝ astruat opinionē suaz longū est demōstrare: ⁊ nō est necessariū. Coniecturis quippe vtunt̃ humanis non ab eis aliquid certū de scripture canonice auctoritate ꝓfertur.. Omniū ꝓo de hac re calculantiū digito resoluit: ⁊ quiescere iubet ille qui dicit. Non est vestrū nosse tēpora uel momēta que pater posuit i sua ptāte. hec ille. Quare ut optime hāc ptē concludam: omni curiositate dimissa dico q̄ satis debet esse omnibus nobis quia cito deficiemus: ⁊ in breui rapiet nos violentissima mors. Tūc ḡ nobis deficiet qn̄ vita presenti priuabimur.

// Qr contēnendus est mund⁹: quia est falsus ⁊ vanitate plenus: sicut apparet in exemplis eorū qui dilexerūt illum: ⁊ quia dilectores suos ducit in damnationem. Capl'm. 3.

TErtiū mysteriū siue tertia ratio quare contēnendus est mund⁹ dicit̃ maligne conditionis. Reperitur siquidē in huius mundi tpalib⁹ bonis triplex mala cōditio. Prima dr̄ falsitat̃. Secunda vanitatis. Tertia dānabilitatis. Prima cōditio bonoꝝ hui⁹ mūdi dicit̃ falsitatis. Sūt nāq̄ hec bona huius mūdi falsa nō vera: si in eis finis ꝯstituat̃: qm̄ ad veritatē boni quod nos beatos facere debet requirit̃ exclusio omnis mali: ⁊ cuiuscūq̄ contrarij. Sed in hac vita nullus euitare potest labores. dolores. angustias. calamitates ⁊ erūnas: quibus premitur mortalium gen⁹. Ex quo hiero⁹ ad Heliodorum de vita Nepotiani ait. Vbiq̄ luct⁹ vbiq̄ gemitus. ⁊ plurima mortis imago. Et Boetius. li. 2. de consol'. Quis est inquit tam composite felicitatis: ut nō aliqua ex pte cū status sui qualitate rixet̃? Anxia. n. res ē humanoꝝ bonorū ꝯditio: ⁊ q̄ uel nūq̄ tota ꝓueniat uel nūq̄ tota ꝑpetua subsistat. Huic cēsus exuberat: ꝫ ē sibi pudori degener sāguis. Hunc nobilitas notū facit: ꝫ angustia rei familiaris inclusus mallet eē ignotus. Ille vtroq̄ circūfusus vitā celibez deflet. Ille nuptijs felix: orbus liberis alieno censū nutrit heredi. Alius prole letat̃: filij filieue delict̃ mestus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortune sue conditiōe ꝯcordat. hec ille. Quare quasi ꝑ miraculo narrat̃ felicitas. Q. Metelli. de quo Valerius li. 7. ru. de felicitate ait. Q. Metelluz nasci in orbe terrarū principem voluit fortuna. parētes ei nobilissimos dedit: adiecit animi ratissimas dotes ⁊ corpis vires: ut sufficere laboribus posset: vxorem pudicitia ⁊ fecunditate cōspicuā: cōsulat⁹ decus impatoriā potestatē: speciosissimi triūphi: pretextū largita est. Fecit ut eodē tempore tres filios cōsulares: vnuz etiā censorem triumphalez videret. ⁊ quartū pretorē: utq̄ tres filias nuptui daret: earūq̄ sobolem sinu suo exciperet. Hunc vite actum eius finis consentaneus excepit. Nam vltimo senectutis spacio defunctū: leuiq̄ genere mortis inter oscula: complexusq̄ carissimoruz pignorum extinctum filij ⁊ generi humeris suis per vrbem latū rogo imposuerūt. hec ille. Sz rarissima sūt huiusmodi exempla. Proptea dixit Lucan⁹ Felix qui potuit mundi euitare ruinas. Q̄uinimo audiūt̃ oiuz regū: oiuz p̄nci pū: oiuzq̄ mg̃rat uū sepi⁹ deflēde q̄rele

Nec potest aliquis diu psistere qn tamē clamet ⁊ dicat. Heu mihi quia circūde/derunt me mala. Patet hoc in exemplo illo qđ Tullius refert in li. de finib⁹ bo/norū ⁊ maloꝝ. Quod etiā recitat Ua/lerius de mutatione morum ⁊ fortune. Et Plinius in historia naturali. Poly/crates inquit Samiorū tyrānus adeo fortunā sibi obsequiosaȝ habuit: ꝙ oia desiderata pficiebat. Ad moderandam igitur fortune inuidiā sumpto i manu annulo: quē preciosū possidebat in ma/re iecit: sed inopinate illū repente recu/pauit. Nā post dies paucos a piscatori/bus piscis captus qui annulū sorbue/rat tyranno donatus est. Accidit tādē ꝙ aduersus Darium psarū regē duxit exercituȝ ⁊ ꝙ Oruntes prefect⁹ Darij illū acie fuderit: cepitqꝫ. ⁊ in sūmo ma/galensis montis vertice suspēdi iusserit. Et relictus auibus lacerādus: q̇ vbiqꝫ felicissime i terra vixerat: i aere miserri/me expirauit. Quid ð infelicitate alio/rum referam: qui se beatos crediderūt? Legantur historie qui utplurimū illos infelici dolorosaqꝫ morte ac uiolēta ex/tinctos esse describūt. Ninus rex assy/riorū qui bella finitimis intulit. 50. an/nis: ut refert Paulus Horosi⁹ li. i. post deuictā asiam scythiam ⁊ Zoroastrem dum deficientē a se oppugnat vrbem sa/gitte ictu interijt. Baldasar rex baby/lonis. ut ait Josephus. x. antiquitatuȝ li. obsessa babylone a medis ⁊ persis: Dario s. ⁊ Cyro. in tantū venit in obli/uionē sui: ut celeberrimū iniret conuiuiū ⁊ in vasis templi biberet. ⁊ obsessus va caret epulis. vnde i nocte captus est ⁊ iugulatus. Cyrus rex psaꝝ: ut Horosi⁹ vbi supra cōmemorat: q̇ gangē fluuiū in quo miles submersus fuerat in qua/dringētos. lx. alueos cōminuit. a Tha/mari massagetarū regina supatus occi ditur. Xerxes ille rex potentissimus qui subuertit montes. ut Hiero⁹ ait ad He/liodorum de vita Nepotiani: ⁊ maria constrauit: bello in grecia infeliciter ge/sto contemptibilis suis factus: ſm Ju/stinū p Artbabanū prefectū suū occidit. Darius ut cōmemorat. Q. Curtius ab Alex. magno superatus a suis captus apud tharam oppidum Parthie dētē⁹ in vehiculo cathenis ⁊ cōpedib⁹ aureis vulneribus cōfossus: ⁊ letaliter vulne/ratus dimissus: sicqꝫ miserabiliter expi/rauit. Alex. magnus post tot celebres gl'iosasqꝫ victorias: subiectionēqꝫ vni/uerse asie imo pene totius orbis: p Cas/sandrū filiū antipatris. ut Q. Curtius dicit venenatus ē. Nam Cassander ille ⁊ Philippus ⁊ Solla fratres eius mi/nistrare regi solebāt: qui in potu illi ve/nenū dederūt: quo hausto ſm Justinū i media potione velut telo cōfossus in/gemuit. deportatusqꝫ ē a cōuiuio semia/nimis. Malivoli auteȝ dicebant eum ebrietate perire: quod ⁊ Solinus sentit in li. de mirabilibus mundi. Coñ queȝ est Tullius li. i. de diuinatione. ⁊ Justi/nus. ⁊. Q. Curtius. Quarto itaqꝫ die Alex. indubitata morte sentiēs tumul/tuantes milites: quia rex occidebat̃ in/sidijs: pia oratione sedauit: cūctisqꝫ de/xteram porrigens eos osculat⁹ est. tan/dem moritur anno etatis sue. 33. ⁊ men/se vno cum regnasset annis. 12. prout pꝫ. i. Machab. i. c. Romulus fūdator vrbis rome. ut ponit Titus Liui⁹ apud paludē capree tempestate magna orta ⁊ tonitruis circūdatus nube nusꝗ̄ ap/paruit: ⁊ noīe Quirini inter deos cōse/cratus est. Seruius Tullus sextus ro/manorum rex a Tarquinio supbo occi sus ē. Pyrrhus rex Epyrotarū: qui ro/manis bella intulit in fauorem tarenti/norū: venitqꝫ romā vsqꝫ Preneste a ro/manis tandē victus ad patriā rediens ſm Justinū Spartbanis indixit bellū quibus relictis Argos inuasit vbi fer/uide magis ꝙ̄ caute pugnans ictu saxi e muris iacti mactatus est. Hāmbal pe/norū dux qui ānis. 14. in italia roma/nos cōtriuit: postea i africa a Scipio/ne deuictus, pfugus: ⁊ dānatus exilio ad Antiochū magnū regē syrie veniēs ut Justinus meminit. quia a romanis

ꝑtebatur: fugereq̃ neq̃ret: veneno ra-
ptim hausto: q̃d more regio sub gemma
ferebat inclusũ obiit. Sicq̃ ab his qui
ad eum ꝯprehẽdendũ missi fuerant ex-
animis inuent⁹ est. Pompeius magni
Pompei genitor. ſm Horosium fulmine
ꝑcussus periit. Põpeius magnus filius
eius qui .22. reges orientales. ut ait
Horosi⁹ superauerat: a Cesare deuictus
cũ fugisset in Alexãdriã ad Ptolomeũ
regem: cui teste Eutropio Pompeius a
senatu tutor datus fuerat ꝓpter iuue-
nilẽ etatẽ eius. cuiq̃ regnum sũma fide
seruauerat. ⁊ paterna pietate restituerat:
ꝯsilio Theodoti Fotini ⁊ Achille: siue
timore ne Pompeius Alexandriã oc-
cuparet: seu despecta infelicitate eius:
siue credens placere multũ victori Ce-
sari: ꝑ Achillẽ ꝓfectũ regni occisus ẽ.
Florus autem dicit in .4. li. Pompeius
suo gladio trucidatus sub oculis vxo-
ris sue: liberorũq̃ suoꝝ morit. Cesar ut
Suetonius narrat: mortuo Pompeio
in eodẽ mense: sed interiectis dieb⁹ quin-
quies triũphauit. Primo de Gallia ⁊
Britannia. 2° de Egypto. 3° de Phar-
narce ⁊ Ponto. 4° de Juba ⁊ Africa.
⁊ 5° de Hispania. Fuitq̃ illi gloria mul-
ta in vsurpato imperio annis tribus. ⁊
mensibus septẽ. Tandẽ Caio Cassio.
⁊ M. Bruto cõtra eum cõspirantibus
princeps orbis. 23. plagis cõfossus oc
cubuit anno. 56. etatis sue. Marc⁹ An
toni⁹ nepos Julii Cesaris ex sorore Ju-
lia ab Octauiano Augusto victus in
Alexãdria ab eodẽ Cesare obsessa ſm
Plutarchũ gladio se peremit dũ annum
ageret etatis. 56. Caius Gallicula im-
perator Roman⁹ terti⁹ ab Octauiano
sceleratissim⁹ auar⁹ ⁊ libidinosus: adeo
ut duabus sororibus stuprũ intulerit:
crudelis omnib⁹ ⁊ exosus Rome i pa-
latio occisus est. ut habetur in cronica
Martiniana cũ regnasset annis tribus
mensibus. x. dieb⁹ octo. Nero iperator
q̃ntus ab Augusto: qui nat⁹ est ꝓmissis
pedibus ut scribit Plinius. li. 7. historie
naturalis. vitiosus: auarus ⁊ lasciuus

ab vrbe fugiẽs ſm Eutropiũ. 32°. ãno
etatis sue. ⁊ imperii. 14. seipsum interfe
cit. Domicianus imperator ſm Sueto-
niũ ⁊ Eutropiũ a cubiculariis suis. 7.
vulneribus occisus ẽ anno etatis sue
36. ⁊ cum dedecore sepult⁹. Helius ꝑti-
nax imperator vulnerib⁹ obtrũcat⁹ est.
Mauritius imperator ob inuidiã occi
sus est. cũ imperasset anno vno. Anto-
nius imperator tertio imperii sui anno
interfect⁹ est a tumultu militari Rome
cũ matre sua. Maximian⁹ imꝑator cũ
imperasset annis trib⁹ apud Aquileiã
desertentibus cum suis militibus: cum
filio suo adhuc puero occisus est. Gor-
dianus imperator 6°. imperii sui anno
postq̃ de Persis triũphauit veniẽs Ro-
mam prope vrbẽ: fraude Philippi occi-
sus est. Decius imperator cũ imperasset
annis duobus in bello barbaro ꝑemꝑt⁹
est. Valeri⁹ imperator a rege Persarum
deuictus est: ⁊ in seruitutẽ redact⁹. Nam
q̃ diu vixit rex eiusdẽ prouincie pedem
ceruicib⁹ eius imponendo: solitus erat
equũ ascẽdere. Aurelianus imperator
fraude sui serui occidit. Tacit⁹ impera-
tor septimo mense iꝑii sui subita mor-
te preoccupat⁹ est. Probus imperator
sexto anno imperii sui militari tumultu
vexatus est. Clarus imperator fulmine
periit. Dioclitianus imperator veneno
extinct⁹ est. Constãtin⁹ filius Cõstãtini
magni a ducibus fratris sui Constãtii
ꝑemꝑt⁹ est. Julianus apostata a sancto
Mercurio milite miraculose occisus ẽ
Valens imperator 4°. imperii sui anno
a Gottis in bello perempt⁹ est. Et ne si
oĩa hi⁹ exempla dicerem⁹ tediũ oriret i
mẽtibus auditoꝝ: Concludim⁹ breuit
q̃ cũcta huius seculi blandimẽta ama-
ritudine sunt permixta. Nec potest homo
ab illa se liberare pro libito voluntatis
sue. Non enĩ potuere predicti potẽtes
imperatores ⁊ reges euitare illam cum
oĩ potẽtia sua. nõ valuerũt se ab illa de-
fendere viri fortes. Non Antheus: nõ
Hercules: non Samson: non Hector:
non Achilles. non deniq̃ quilibet alii.

Nequiuerūt etiā ⁊ ipsi philosophi cum
philosophia sua declinare malignitatē
seculi. Quinimo passi sunt ⁊ ipsi incō-
moda multa. ꝑsecutiōes. captiuitates
exilia. cruciatus ⁊ dāna rerū. Propter
que omnia merito mūdus est paruipen
dendus. Secunda conditio bonorū
huius mūdi dicit̄ vanitas. Posito. n. ꝙ
cūcta feliciter dilectoribꝰ eius ad votū
succederēt. tn̄ vana sunt: caduca ⁊ bre-
uia: nullusq̄ pōt in illis diutiꝰ imorari
Oia nāq̄ que i mūdo sunt: cito i breui
deficiunt. Jō ait Ugo li. i. de aia. Dic m̄
vbi sunt amatores mūdi: q̄ ante pauca
tp̄a nobiscū fuerūt? Nihil ex eis māsit
nisi cineres ⁊ vermes. hoīes fuerūt sicut
tu: comederūt: biberūt: riserūt: duxerūt
in bonis apparentibꝰ dies suos: i pūcto
autē descenderunt ad inferna. Hic caro
eorū vermibꝰ: illic aīa eoꝝ eternis depu
tat̄ supplicijs donec rursus infelici col-
legio colligati sempiternis inuoluant̄
incendijs. hec ille. Cui ꝯsonat snīa Ba-
ruch ꝓphe. c. 3. d. Ubi sūt ꝑnceps gētiū:
⁊ qui dominā̄t sup bestias que sūt super
terrā: qui ludunt in auibꝰ celi: qui argē-
tum thesaurizant ⁊ aurū in quo ꝯfidūt
hoīes: ⁊ non est finis acq̄sitiōis eorū: q̄
argentū fabricant: ⁊ solliciti sunt: nec ē
inuentio opeꝝ illoꝝ? Exterminati sunt
⁊ ad inferos descenderunt. Dicite igit̄ o
amatores mūdi. vbi sunt tot clari viri:
qui reputabā̄t beati? Ubi sūt reges As-
syriorū: Belus Ninꝰ Semiramis Za-
menꝰ Arius Athalius Xerxes Ara-
metres Bolchus Balleus Alchadas
Manuchus Mathalenꝰ Sperꝰ Ma-
nulꝰ Sparethus Aminites Bolothꝰ
Bolosparis Lāpredes Sosores Mi-
threus Thātanes Thimeus Eupales
Offratenes Bazepes Sardanapalꝰ:
q̄ regnauerūt cū tanta gloria: successiue
ſm Pau. Horosiū li. i. annis mille cētū
60. vsq̄ ad Sardanapalum? Ubi sunt
reges Persaꝝ atq̄ medoꝝ: rex Darius
rex Cyrꝰ Cambises Xerxes Arthaxer-
xes ⁊ ceteri? Ubi sūt reges Atheniēsiū:
Cecrops Granaus Amphitrion Eri-
chthoniꝰ Pādeon Erictheꝰ Panchyon
Egeus Theseus Menesteꝰ Demofon
Nichites Obsides Themistes Melāpꝰ
Chodrus Archipus Thensipꝰ Fabras
Magetes Digenitus Agamestor Es-
chilus? Ubi sūt reges Lacedemonioꝝ
Herascheus Egis ⁊ Thetratꝰ Labotes
Doristus Ageselscus Archilaus The
letꝰ Calchamines? Ubi sūt reges Sic-
cioniorū: Gelsipꝰ Egialchus Europs
Thelcinus Apis Egialcha Thelsyon
Elgiorus Mesapus Erathus Orastꝰ
Orthopolꝰ Maratus Polybꝰ Siccion
Jnachꝰ? Ubi sūt Ptolomei ⁊ Phara-
ones: q̄ regnauerunt in Egypto. Pto-
lomeus primꝰ: a quo ſm Justinū alij
dicti sunt Ptolomei propter claritatem
noīs eius. Ptolomeus Philadelphus
Ptolomeus Euergetes: Ptolomeus
Philopater: Ptolomeus Epiphanes:
Ptolomeus Philometor: Ptolomeus
Phyton: Ptolomeꝰ Euergetes seruus
Ptolomeus Alexander: Ptolomeus
Dionysius? Ubi sunt iudices ⁊ reges
iudeorum: Moyses Josue Othoniel
Ayoth Sāgara Delbora Barach Ge
deon Abimelech Thola de Jsachar
Hyair Galadites Jepthe Abesā Helo-
nica Abdō Samson Heli ⁊ Samuel?
Hi oēs fuerūt iudices successiue. Regū
aūt primꝰ fuit Saul. post quē regnaue-
runt Dauid Salomon Roboā Abias
Assa Josaphat Joram Ochozias Jo-
has Johatan Amasias Ozias Achā
Ezechias Manasses Amō Joachim
Sedechias Aristobolꝰ Alexāder He-
rodes. Ubi sunt reges latinorū: Janꝰ
Saturnus Picus Faunus ⁊ Latinꝰ?
Ubi sunt reges Albanoꝝ: quorū ꝑmꝰ
fuit Ascaniꝰ Enee filius: qui condidit
Albā ſm Titū Liuiū cui successerunt
posthumꝰ Siluius filius eius sic dictꝰ
q̄a i silua ⁊ venatiōe nutritus ē. Eneas
siluius Latinus siluius Alba siluius
Egipus siluiꝰ Capis siluius Carpētus
siluius Tyberius qui suffocatus in ty-
beri fluuio nomen dedit. Nam ante Al-
bula dicebat̄: Agrippa siluiꝰ Aremulꝰ

Auentinꝰ Procas Amuliꝰ: Ubi sunt
reges Romanoꝝ: primꝰ Romulꝰ. 2ꝰ
Numa põpilius. tertiꝰ Tullus hostiliꝰ.
quartꝰ Anchus. qntꝰ Tarquinꝰ priscꝰ.
sextus Seruiꝰ tullus. septimꝰ Tarqui-
nius supbꝰ: Ubi tot gloriosi senatores
consules dictatores inuictissimiq; duces
qui floruerũt i vrbe: Brutus Lucius
Tarquinus Collatinꝰ Spuriꝰ Cassius
Coriolanus Caius Flauius Lucius
Uirginius Luciꝰ qntus Cincinatꝰ Fu
rius Camillus Appius Claudius. Q.
Cecilius Metellꝰ Balcharicus Sci-
pio asina Scipio aphricanus Scipio
emilianus Curius dẽtatꝰ. Q. Fabius
Caius Flaminius ⁊ ceteri: Ubi sũt tot
imperatores qui ibi regnauerũt: quorũ
aliqs i pcedẽtibꝰ nomiauimꝰ: Ubi sũt
tot sapientes seculi phi astrologi histo-
riogphi oratores ⁊ poete: Ubi Thales
milesius Chylo lacedemonius Solon
atheniẽsis Periãder corinthiꝰ Pithacꝰ
mithileneꝰ Byas prienneꝰ Pythagoras
samius Plato Socrates Aristoteles
Diogenes Anaxiales Zeno Empedo-
cles Epicurꝰ Anaxagoras Democritꝰ
Heraclitꝰ Leucippꝰ Hyparcꝰ. hi omnes
phi. Haliabragel Albumasar Ptolo-
meus. hi astrologi. Hieronyus egyptiꝰ
Berosus chaldeꝰ Manethã Sutoriꝰ
Chalinicꝰ Dyodorꝰ Possidoniꝰ Theon
Andronicus Aphricanꝰ Tertulianus
Phrygius Dares Trogus Pompeius
Iustinꝰ abbreuiator eiꝰ Iosephꝰ iudeꝰ
Titus Liuiꝰ. hi historiographi. Lysias
Demostenes Hegesias Cyreneus An-
tiochus Ascalonita Apollonius Ni-
conius Cicero Cato censorimꝰ. hi ora-
tores. Ouidius Iuuenalis Lucanus
Uirgilius Oratius Terentius Persiꝰ
Tibullus. hi poete. Ubi sunt deniq; oẽs
quos etiã diebus nostris ⁊ vidimus ⁊
cognouimus: quos mũdus tulerat in
sublimi: Perijt certe memoria eorũ cũ
sonitu: ut ait pphēta: ⁊ dñs in eternum
pmanet. O q̃ cito q̃ue repẽte euanescũt
velut fumus oia que in hoc mundo cre
dunt ⁊ reputant bona. Qd̃ considerãs

Salomon in. 2. Ecclesiastes. c. dixit.
Magnificaui opera mea. edificaui do-
mos. plãtaui vineas. feci hortos ⁊ po-
meria: ⁊ cõseui ea cuncti generis arbo-
ribus. Extruxi mihi pascinas aquarũ:
ut irrigarẽ siluas lignoꝝ germinantiũ.
Possedi seruos ⁊ ãcillas multãq; fami-
liã habui: armẽta q̃q; ⁊ magnos ouiũ
greges vltra oẽs qui fuerunt ante me in
irl'm. Coaceruaui mihi argẽtũ ⁊ auꝝ ⁊
substantias regũ ac puinciarũ. Feci m
cantores ⁊ cãtatrices ⁊ delitias filiorũ
hominũ. Scyphos ⁊ vrceos i misterio
ad vina fundenda: ⁊ supergressus sum
opibus oẽs qui fuerunt ante me i irl'm.
Sapientia quoq; pseuerauit mecum. ⁊
omnia que desiderauerũt oculi mei nõ
negaui eis: nec prohibui cor meũ quin
omni voluptate frueret ⁊ oblectaret se
in his que parauerã. Et hanc ratꝰ sum
partẽ meã si vterer labore meo. Cũq;
me cõuertissem ad vniuersa opera que
fecerant manus mee: ⁊ ad labores in
quibus frustra desudauerã: vidi in om-
nibus vanitatem ⁊ afflictionẽ spiritus
⁊ ai ⁊ nihil pmanere sub sole. Quanta
autẽ fuerit magnificentia ⁊ gloria Sa-
lomonis patet Primo si consideretur
eius potentia: ⁊ diuitiarũ copia: ⁊ fa-
me claritas. ac delitiarum affluentia.
Nam ut habetur. 3. Reg. i. c. Uiuente
Dauid patre ⁊ ipso imperante ⁊ volẽte
vnctus fuit in Regẽ. ⁊ dixit omnis po-
pulus. viuat rex Salomon. Et ascẽdit
vniuersa multitudo post eum: ⁊ popu-
lus canentiũ tibijs: ⁊ letantiũ gaudio
magno: ⁊ insonuit terra a clamore eoꝝ.
Et ut dicit. 3 Reg. 4. c. Regnauit sup
omnẽ isrl'. ⁊ erat in ditione sua habens
omnia regna secũ a flumine terre Phi-
listijm vsq; ad terrã Egypti offerentiũ
sibi munera: ⁊ seruientiũ ei cunctis die-
bus vite eius. Erat autem cibus Salo
monis per singulos dies. 30. chori si-
mile: ⁊. 40. chori farine. x. boues pin-
gues. ⁊. 20. boues pascuales: ⁊ centũ
arietes: excepta venatione ceruorum ⁊
caprearũ atq; bubalorũ ⁊ auiũ altiliũ.

Habebat.40. milia presepia equorum curialium. ⁊.12 .milia equestriũ. Et ut scribitur.x.c prefati.li. Regina Sabba donauit ei.30. talenta auri. ⁊ aromata multa nimis ⁊ gẽmas p̃ciosas. Scdm autẽ Catholicon apud aliquos ẽ.50.librarum.ꝭm alios .12. In.2.ꝓo li.pall' c.2.narraẗ qualiter Salomon volens edificare domũ dei.⁊ palatũ suum numerauit.70.milia virorũ portantiũ humeris suis .⁊.80.milia qui cederent lapides in montibus : prepositosq̃ eorũ tria milia sexcentos. Fecitq̃ fieri edificia speciosa valde.diffundebaẗq̃ fama eius per vniuersum orbem : ⁊ tamẽ deprauatum ẽ cor eius:ut adamaret mulieres alienigenas. Habuitq̃ omnẽ delectationem in quibuscũq̃ ꝭm sensualẽ appetitum. nihilominus omnia p̃terierũt ⁊ defecerunt. Iõ ipse ꝯqueriẗ in.c.i. Ecclesiastes.d. Vanitas vanitatũ ⁊ oĩa vanitas. Ob quod Criso⁹ sup Iob.ita pulchre loquiẗ. Vanitas vanitatũ inq̇t Salomon ⁊ omnia vanitas. Hũc versiculum si saperent qui in potentia versantur : in parietibus suis omnib⁹ ⁊ vestibulis scriberent.in domo. i foro. ⁊ in egressibus.⁊ ante omnia in cõscientijs suis ut semp eum ⁊ oculis cernerent ⁊ corde sentirent.quoniã multe sunt rerũ facies ⁊ imagines false : que decipiunt incautos. Istud oportet q̃tidie carmẽ salutare : ⁊ in prandijs ⁊ in cenis : ⁊ in omnibus conuentibus libenter vnumquẽq̃ proximo suo canere.a proximo suo libenter audire:quia vanitas vanitatum ⁊ omnia vanitas. hec ille. Que verba non imerito ponderanda sunt:ut sic cognoscatur mundi miseria. Tertia conditio bonorum huius mundi dr̃ dãnatio. Ipsa eteni se diligẽtes ducũt i dãnationẽ.eterne mortis. Et ut Greg⁹ ait. Momentaneũ est quod delectat: ꝭ quod cruciat est eternũ. Ideo Aug⁹ in quodam sermone inquit. Nulla maior insania q̃ ꝑ delectatione momentanea perdere eterna gaudia:⁊ obligare se ad ẽterna supplicia. Audite ergo o mortales homines: ⁊ cõsiderate que dicta sũt: ad mentẽq̃ vestrã currite ⁊ reducite cor ⁊ animũ ad amorem dei : ⁊ ad beatitudinez eius inardescat desideriũ vestrũ : reuocate affectum a proditore mundo illumq̃ spernite : ut sic possitis in hoc seculo adipisci dei gratiã : ⁊ i futuro sempiternam gloriam. Amen.

Feria secunda ebdomade sancte.de mysterijs sacramenti eukaristie:quorũ noticia fideles excitat ⁊ inflammat ad feruorẽ ⁊ deuotionẽ. Sermo.63.

Memoriã fecit mirabiliũ suorũ misericors ⁊ miserator dominus escã dedit timẽtibus se. Illuminati ꝓphete ꝟba sũt ista originaliter psal.110. Ostendit nobis dñs ihs xp̃s ardentissimam caritatẽ suã non solum in cruce ⁊ passione : verũ etiã ⁊ multis alijs diuersisq̃ modis : ⁊ potissimũ cum instituit sanctissimũ sacramentũ preciosissimi corporis ⁊ sanguinis sui. Quoniaz autẽ tanto feruentius xp̃ianorũ anime cum reuerentia ⁊ deuotiõe ad illud suscipiendũ animari possũt : quanto clarius eius mysteria cognoscunt ⁊ intelligunt. Idcirco in presenti sermõe de eo aliqua aperiemus:qm̃ si xp̃s illud fecit in memoriã eius ⁊ suorũ mirabilium : nisi nos tanti beneficij recordarem̃ merito de ingratitudinis vitio veniremus culpandi. De ipso itaq̃ sacramento venerabili tria mysteria erũt a nobis declaranda.

Primũ diciẗ institutionis.
Secundũ figurationis.
Tertium fructificationis.

Qualiter xp̃s instituit sacramentuz eukaristie in cena : ⁊ ordinauit ap̃l'os sacerdotes : ⁊ quare hoc sacramẽtũ cõficitur i specie panis ⁊ vini: ⁊ sub duplici specie: ⁊ an sub vtraq̃ debeat sumi. Capl'm.1.

PRimũ mysteriũ declarandum
dicit̃ institutionis. In quo con
tingit dubitare circa septem. ꝑ
circa tempus. 2° circa ꝑsonã. 3° circa
ordinẽ. 4° circa materiã. 5° circa spẽz
6° circa additionẽ aque. 7° circa ob-
ligationem. Primo circa temp⁹ du-
bitatur. Quare h̃ sacramẽtũ institutũ
fuit tẽpore legis gratie: ⁊ nõ ante. Ad
quod rñdet Alex. in. 4. sũme. ⁊ Boñ.
di. 8. q̃rti. ꝙ istud fuit cõueniens ꝓpter
duo. ꝑ ꝓpter rem contentã: que ẽ cor-
pus xp̃i verũ. ut plenı⁹ declarabit̃ in se-
quenti sermone. 2° fuit cõueniens ꝓpt̃
efficaciã: que est caritatis vinculũ. que
in noua lege apparere ⁊ abundare de-
buit. Et ex hoc institutũ est iminẽte paſ-
sione in signũ amoris quẽ xp̃s ad gen⁹
humanũ habebat. Nam nõ solũ voluit
dare nobis sua. i. obseq̃a omniũ creatu
rarum. ⁊ suos. i. angelos in adiutoriũ:
sed etiã seipsũ dedit in filiũ ꝑ carnis aſ-
sumptionẽ. ẜm illud Ysa. 9. Filius da-
tus est nobis. Dedit se ĩ sociũ ꝑ nature
nostre conformationem. ẜm illud apl'i
Phil'. 2. Habitu inuentus ut hõ. Dedit
se in magistrũ ꝑ doctrine predicationez
ẜm illud Joh̃. 13. Uos vocatis me ma-
gister ⁊ dñe: ⁊ bene dicitis: sum etenim.
Dedit se in lucẽ ꝑ exempli oꝑationẽ. ẜm
illud Joh̃. 13. Exemplum enĩ dedi vobis
ut quẽadmodũ ego feci. ita ⁊ vos facia-
tis. Dedit se in patrẽ ꝑ gratie regenera-
tionez. ẜm illud Joh̃. 1. Quotquot aũt
receperũt eũ: dedit eis ptãtem filios dei
fieri his qui credũt ĩ nomine eius. De-
dit se in holocaustũ medullatũ ꝑ paſſio-
nem. ⁊ tandẽ dedit seipsũ in cibũ ad spi-
ritualem refectionẽ. O inflãmata cari-
tas ih̃u xp̃i. O ardens amor clemẽtiſſi-
mi cordis sui. Sup̃abundanter ꝓfecto
ostendit nobis quãtũ nos ip̃e dilexit. ⁊
ꝓpterea tũc sacramẽtũ est institutũ: cũ
amor eius bulliebat atq; feruebat. Uñ
Joh̃. 13. dicit̃. Cum dilexiſſet suos qui
erant in mũdo: in finem dilexit eos. i.
ẜm glo. maiora signa dilectiõis osten-
dit. Secundo dubitatur circa horã.

Et ut colligitur ex dictis euãgelistarũ
xp̃us hoc sacramẽtũ instituit hora cene
quando iã comederãt ip̃se ⁊ apl'i agnũ
pascalem. Ex quo pleriq; non bene in-
telligentes dicere voluerũt ꝙ hoc sacra-
mentũ non debet confici ante prandiũ:
ſ3 post cenã. Arguũt enĩ sic. In operan-
do debemus nos conformare xp̃o tãq̃
exemplari. iuxta illud Exo. 25. Inspi-
ce ⁊ fac ẜm exemplar quod tibi in mõ-
te monstratum est. sed xp̃s hoc sacramẽ-
tum post cenã confecit. ergo ⁊ a nobis
debet confici post cenam. Contra istos
vero est tex. de cõse. di. 1. in. c. sacramen-
ta. Sacramenta inquit altaris non nisi
a ieiunis hominibus celebrentur. Rõ ẽ
ẜm Ric. in. 4. di. 8. ꝓpter maiorẽ solen-
nitatẽ ⁊ sobrietatem ministerij. ⁊ maio-
rem reuerentiã sacramenti. Nec valet
obiectũ. eo ꝙ xp̃s rationabiliter ꝯfecit
post cenam: quia voluit terminare figu-
ram ⁊ legem in esu agni pascalis. ⁊ in-
troducere veritatẽ ĩ institutiõe sacr̃i. Hı⁹
autẽ ratio non cõuenit ad hoc ut a no-
bis debeat post cenam cõfici. Et sic hoc
sacramentũ cõfici debet a ieiunis. ut p3
de cõse. diſ. 2. in. c. liquido. Et ẜm Ric.
vbi supra sumit̃ hic ieiuniũ pro priua-
tione cuiuslibet alimẽti ante. s. q̃ q̃s su-
mat cibũ uel potum. si etiã postea in die
pluries comesturus sit. In casu tñ ne-
ceſſitatis iminẽte mortis ꝑiculo potest
hoc sacr̃m post alios cibos sumi. Etiã si
sacerdos ante miſſam lauerit os suum
⁊ casu aliquo gutta illı⁹ aque intraue-
uerit in stomachũ: non ꝓpter hoc tenet̃
dimittere miſſam: precipue ĩ die solẽni:
quia hoc non videtur impedire dignam
preparationẽ presbyteri: nec reuerẽtiã
sacramẽti. Et de similibus idem iudiciũ
habeatur. Tertio contingit dubitare
circa ordinem: quando. s. apl'i. fuerunt
a xp̃o ordinati sacerdotes: ⁊ acceperũt
consecrandi potestatẽ. Ad quod rñdet
Ric. in. 4. di. 24. q. Tertio querit̃ in q̃
actu cuiuslibet ordinis imprimat̃ cara-
cter. in responsiõe ad argumẽtũ. ꝙ xp̃s
ordinauit apl'os sacerdotes: cum dedit

eis potestatez conficiendi. Luc.22.⁊
Math.26.dicens. Hoc facite in meaz
cōmemorationē3. 4° dubitatᷣ circa ma-
teriā in qua sacr̄m est cōficiendum. Et
rn̄dent doc.i.4.di.xi.ꝙ materia ꝯgrua
huic sacramento est panis de frumento
⁊ vinū de vite: eo ꝙ xp̄s ita instituit.⁊
h' rōnabiliter. Primo q̇dē q̄tū ad vsuz
huius sacr̄i: qui ē maducatio. Sicut.n.
aqua assumitᷣ in sacr̄o baptismi ad vsū
sp̄ualis ablutiōis: q̇a corporalis ablu-
tio conuenientᷣ fit in aqua: Ita panis ⁊
vinū quibus coiter hōies reficiuntᷣ in h'
sacr̄o assumūtur ad vsū spiritualis mā-
ducationis. Secundo q̄tū ad effectuz
consideratū in vnoquoq; sumentium.
quia ut Amb°. dic̄ sup ep̄lam ad Cor̄.
hoc sacramentū valet ad tuitionē cor-
poris ⁊ anime. Ideo caro xp̄i sub specie
panis: pro salute corpis: Sanguis ꝟo
sub specie vini ꝓ salute anime offertur.
3° q̄tuz ad effectū respectu ecclesie que
cōstituitᷣ ex diuersis fidelibus: sicut pa-
nis conficitᷣ ex diuersis granis: ⁊ vinū
fluit ex diuersis vuis. Notandū tn̄ s'm
Tho.in.3.p̄te.q.74.ar.3.in rn̄sione ad
tertiū argumētū.ꝙ si farine triticee ad-
misceretᷣ aliq̄ quantitas modica ⁊ ꝑua
alterius farine poterit ex inde cōfici pa-
nis: qui est materia hui⁹ sacramēti: q̇a
modica ꝑmixtio nō soluit sp̄ēm. secus
ꝟo si esset magna.   5° dubitatᷣ circa spe-
ciem quare.s.sacr̄m h' cōficitᷣ s'b duab⁹
speciebus. Ad qd̄ rn̄det Alex.de ales ꝙ
hoc principaliter fit duplici rōne. Prio
ꝓp̄t duplicis nature nr̄e a xp̄o sūptionē
ad vtriusq; redemptionē. ut ondēt xp̄s
totam humanā nām.i.aīam ⁊ corpus
assumpsisse ut vtrūq; redimeret. Panis
eni ad corpus referᷣtᷣ. vinū ad animam
Secunda rō est ꝓpter duplicē xp̄i imo-
lationē.s.in vita ⁊ i morte. Nam expec-
tatio ⁊ preparatio ad mortē fuit mors
quedā. que ergo fuit in vita representatᷣ
specie panis. que aūt in morte sp̄ē vini.
Sexto circa additionē aque. Vtruz
aqua sit de substātia siue integritate sa-
cramenti. Ad qd̄ rn̄det Bon̄.in.4.di.
xi.d.ꝙ de itegritate hui⁹ sacramēti sūt
quattuor.s.materia.forma.ordo.⁊ in-
tentio cōsecrantis. De cōgruitate aūt ⁊
bene esse sunt que sunt his annexa. Aq̄
ergo cū nō sit aliquod horū nō est de ne-
cessitate sacr̄i: s' ānexū ē materie.s.vino
q̇a adiungitᷣ vino: ⁊ in ipsū cōuertitur.
⁊ postmodū in sanguinē: ⁊ ideo ē de cō-
gruitate apponenda.tn̄ admiscenda est
vino. ut dicitᷣ extra de cele.mis.c.vltio.
Cui⁹ ratio multiplex est s'm Alex: Pri-
ma propter exemplū dn̄i. Probabiliter
eniz creditᷣ ꝙ dn̄s hoc sacr̄m instituit in
vino aqua permixto. ut dicit Dama.⁊
Cyprianus.de cōse.dis.2.c.scriptura.
Secunda rō est propter signū vnionis
corpis mystici cū capite. Vn̄ de ꝯse.di.
2.c. cum oē.dicitᷣ. Cum in calice vino
aqua miscetᷣ: xp̄o populus adunatur: ⁊
credentiuz plebs ei in quē credit copu-
latur ⁊ iungitᷣ.i.copulanda ⁊ iungēda
significatᷣ ꝑ fidē ⁊ dignā sacr̄i susceptio-
nem. Ex quo Ric.in.4.di.xi.refert ꝙ
ꝓp̄t hᷣi⁹ significationē tātū debet apponi
de aqua ⁊ de vino ꝙ aqua possit trahi
ad naturā vini. Popul⁹ eni trahēnd⁹ est
ad xp̄m. Et iō multū sūt illi rep̄hēsibiles
qui plus ponūt de aqua q̄ꝫ de vino. Est
quidē ꝑnitiosus abusus.ut dicitᷣ in.c.
ꝑnitiosus.ex̄ de cele.mis. Tertia rō q̄re
aqua admiscetᷣ vino ē ꝓpter fluxū aque
de latere xp̄i. a quo lāceato.ut hr̄ Joh.
19.continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Jō
de cōse.di.2.c.in sacrox̄ oblationibus
dicitᷣ. Non debet in calice dn̄i aut vinū
solū: aut aqua sola offerri: sed vtrūq; ꝑ-
mixtū: q̇a vtrūq; ex latere xp̄i in passiōe
sua ꝓfluxisse legitᷣ. Notādū tn̄ s'm ma-
gistrū sen.c.penultimo.xi.di.q̄rti.ꝙ si sa-
cerdos cōsecret vinū sine aqua vere cō-
uertitur in sanguinē. Nam ⁊ grecorum
ecclesia dicitᷣ aquā non apponere sacr̄o
ut ait Inno.de officio misse.parte.3.c.
26.⁊ tn̄ ecclesia nō negat ipsos confi-
cere sanguinē xp̄i. Ille tamē qui aquā
nō apponeret reprehendendus esset ꝓp̄t
rationes iam dictas.   Septimo dubi-
tatur circa obligationē. vtrū.s.populus

debeāt coīcare sub vtraqꝫ specie. Ad qḋ rn̄det scūs Tho. 3. pte. q. 80. ꝙ circa vsū huius sacr̄i duo possūt cōsiderari. vnuz ex pte ipsius sacramenti. aliud ex pte sumentiū. Ex pte ipsius sacramēti ꝯuenit ꝙ vtrūqꝫ sumat̃. s. corpꝰ ⁊ sanguis: q̇a in vtroqꝫ cōsistit ꝑfectio sacr̄i. Et iḋ q̇a ad sacerdotē ꝑtinet hoc sacr̄m cōsecrare ⁊ ꝑficere: nullo modo debet corpus xp̄i sumere sine sanguine: ꝓut plene patz de ꝯse. di. 2. in. c. cōꝑrimꝰ. Ex pte autē sumentiū requirit̃ sūma reuerentia ⁊ cautela: ne aliquid accidat qḋ vergat in iniuriam tanti sacramenti. Qḋ precipue posset accidere in sanguinis sumptiōe: qui quidem si incaute sumeret̃ de facili posset effundi. Et quia crescēte multitudine populi xp̄iani i qua cōtinent̃ senes ⁊ iuuenes: quorū quidā nō sūt tāte discretionis: ut cautelā debitā circa vsuz huius sacramenti adhiberēt. Iḋ ꝓuide obseruat̃ ut populo sanguis sumēdus non detur: ſ solū sumat̃ a sacerdote. ⁊ etiā ſm aliq̊s non dat̃ sub vtraqꝫ specie ꝓpter ꝑiculuz erroris. ne. s. cois populꝰ crederet xp̄m non esse totum sub vtraqꝫ specie.

De figuris que precesserunt sacramētū eukaristie: ⁊ de septem proprietatibus manne appropriatis huic sacramento. Caplm̃. 2.

Secundū mysteriū declarandūz de sacramento eukaristie dicit̃ figurationis. Fuit nāqꝫ ꝯgruū hoc sacramentū prefigurari ſm Alex. ⁊ Boñ. in. 4. di. 8. propter tria. Primo propter dignitatē: quia predicandum ⁊ expectādū erat sic donū dei excellentissimū. ideo figure huiꝰ sacramenti precire debuerūt in quibus refulciret̃ expectatio fideliū: ⁊ dignitas huius sacramēti famosior ostenderet̃. Unde figurarum ꝓmissio non fuit aliud ꝙ̄ fame eius diuulgatio. Secūda ratio est propter difficultatē. Inter cetera eni sacramēta hoc est difficillimū ad credendū. imo inter cetera credibilia. ideo hoīes debuerūt ad hoc assuefieri quadaz figurarū manuductione. Tertia ratio fuit ꝓpter significationē: quia hoc sacramēto xp̄s passus significatur ⁊ continetur. Congruebat autē xp̄m passum aliqua figura ꝑ̇fsignari. Similit̃ autē ⁊ hoc sacramētū quo significat̃ ⁊ continetur. Precesserūt autē nō vna sed plures figure. quia sic dicit Augꝰ in. 4. de trini. Oportebat quia ꝑ multa eramus a deo decisi ꝙ multa vitam venturā conclamarent s. xp̄m. Et scḋm Alex. licz res ꝑ̄figurata tantis figuris sit vna ſm substantiā. tn̄ illius sunt multi effectus ⁊ multe proprietates siue conditiōes: quaruz multiplicitatē respiciūt ipse figure diuerse. Magister ꝟo sen. dimissis alijs figuris que assignari possent. tm̄ quattuor enumerat. sacrificiū scilicz Melchisedech: agnum pascalem. manna: ⁊ sanguinez qui fluxit de latere xp̄i. Que figure sufficienter enumerant̃ duplici rōne. Prima est respectus siue relatio figurarum ad legem nature mosaice ⁊ euangelice. ut. s. ꝑ oblationez Melchisedech ostēndatur fuisse prefiguratum sacramentū in lege nature. Per agnum pascalem ⁊ manna in lege scripture. Et ꝑ sanguinē qui fluxit de latere christi in lege gratie. Secunda ratio est si attendamus ad ea que presignātur. Nam in hoc sacramento est visibilis forma. ⁊ hec prefigurata est in sacrificio Melchisedech. ⁊ ē res contenta. ⁊ hec figurata est in agno pascali: ⁊ res significata tm̄. ⁊ h̄ in mānna. Et virtus dans efficaciam. ⁊ hoc in sanguine qui defluxit de latere xp̄i. Uerūtn̄ solerter est aduertendum ꝙ i manna quod pluit dominus patribus in deserto Exo. 16. septem ꝯditiones reꝑiunt̃ conuenientes huic sacramento ineffabili. Prima est modus generationis. Secunda est locus descensionis. Tertia tempus recollectionis. Quarta terminus mensurationis. Quinta ritus preparationis. Sexta ausus reseruationis. Septima gustus saporationis.

Prima conditio erat modus genera-
tiōis: q̇a in nocte inuisibiliter de celo de-
scendebat. Quid eni designat̄ p noctē
nisi fidei nostre status? Sicut eni in re-
gno celorū nulla ē obscuritas tenebro-
sa: ⁊ i inferno nulla pōt luciditas appa-
rere. Sic in presenti pegrinatiōe non est
lux clara visionis deifice sicut i celo. nō
obscura tenebrositas eterne dānatiōis
sicut in inferno: sed nocturna fidei lux
stellari ⁊ lunari non quidē solari lumīe
illustrata q̇bus luminibus videmus ⁊
cognoscimus hoc sacr̄m. Secunda
cōditio illius māne erat locus descen-
sionis: q̇a descendebat in deserto circa
castra filiorū isrl' solum: eisq̧ defecit cū
intrauerūt terrā pmissiōis. Sic hoc sa-
cramentū nō nisi in ecclia. ⁊ i eius fide
veraciter cōsecrat̄. atq̧ in deserto p̄ntis
vite tm̄modo frequētat̄. Cū aūt ad re-
promissam viuentiū terrā ventū fuerit
iam non amplius hoc sacrificiū offeret̄
sed gloriosus ihs in cōsūmato felicitat̄
loco ꝯspicietur ineffabiliter exaltatus.
Tertia cōditio erat tēp⁹ recollectio-
nis. Sex eni diebus poterat repiri. p̄ce-
pitq̧ Moyses ex parte dn̄i: feria sexta
p sabbato colligi. Sabbato aūt egressi
quidā de populo ut colligerēt nō inue-
nerūt. Sic ⁊ istud viuificū sacramentū
nō nisi sex diebus p̄ntis pegrinationis
reficere habet: sed sabbato sempiterne
quietis inuenieꝛ rex nr̄ ihs xp̄s nō my-
stice sacramento velatus sed manifest⁹
⁊ decore regio g'iosus. Quarta cō-
ditio est terminus mensurationis: quia
p singula capita mensurā gomor ex pte
dn̄i Moyses colligi instituerat. nec qui
plus collegit plus habuit: nec qui min⁹
minus inuenit. Sic quidē istud mira-
bile sacr̄m nequaq̄ ꝯtinet minorē ihm
in minori hostia q̄ in maiori. nec plus i
pluribus q̄ in vna. Quinta cōditio
erat ritus p̄parātiōis: q̇a illud manna
ignē optime sustinebat. nā māna liqui-
dum colligebat̄ simile coriandro: ⁊ ꝓpe
ignē ponebat̄: ⁊ efficiebat̄ durū: deinde
atritbat̄. ⁊ ex eius farina cōficiebatur
panis. Sed si ponebat̄ ad solē liquefie-
bat: ⁊ contabescebat. Sic istud benedi-
ctum sacramentum pfecte ignē sustinet
deuoti ⁊ feruentis amoris: atq̧ ratiōes
ab amoris fornace ꝓcedētes pfecte cō-
cludūt hui⁹ sacri irrefragabilē ꝟitatē.
Sed sol curiositatis humane ⁊ fanta-
stice rōnis ad pscrutationē sacramenti
p perfidiā eū liquescere facit. Sexta
conditio est ausus reseruationis. Nam
precipiens Moyses q̄ nullus seruaret
ex eo vsq̧ i mane: q̇ voluerūt reseruare
inuenerūt q̄ scaturire cepit vermibus
atq̧ cōputruit. Sic hoc sacramentū re-
seruatū ab his qui ad illud nolūt acce-
dere scatet vermibus: quia ipsi tales de-
teriorantur ⁊ indurant̄. ut patet. 8z. di.
in. c. presbyter. Septima ꝯditio erat
gustus saporatiōis: q̇a vnicuiq̧ sapie-
bat iuxta desiderij sui appetitū. Aliqui
eni cū sūma delectatione vescebant̄ cibo
illo sapidissimo. nōnulli ꝟo murmurā-
tes dicebant: Aia nostra nauseat super
cibo isto leuissimo. Sic h̄ sacratissimū
sacr̄m sumentibus diuersimode sapit:
s̄m diuersas dispositiones quas in eis
format uel desideriū caritatis uel inde-
uotio malignitatis. O quot sunt obsti-
nati pctōres ⁊ presumptuosi. qui corp⁹
xp̄i sumentes nullū ex eo pcipiūt gustū
Alij ꝟo q̄ mirabiliter ꝓpter deuotionē
⁊ fidem recreāt̄ ⁊ consolant̄: De quo ⁊
si multa possent exempla narrari. vnū
tamē referā qd̄ rome euenit. Tpe nāq̧
Eugenij quarti. quedā notabilis ⁊ spi-
ritualis domina deo deuotissima Frā-
cisca nomine de pontianis singulis die-
bus festis sacramenti cōmunionem de
manu sacerdot̄ reuerētissime suscipie-
bat: sentiebatq̧ delectationē admira-
bilem adeo ut sepius post cōmunionē
p magnū temporis spaciū raperet̄ i ex-
tasim. Quodam ꝟo die dū in ecclesia
sancte Cecilie transtyberim expectaret
accipere cōmunionē: sacerdos ille qui
celebrabat: aut leuitate duct⁹: aut dia-
bolica temptatione deuictus tempta-
uit sibi dare hostiam non consecratam

Cumq; ori eius appropinquasset recu-
sauit illã sumere dicens. Parcat tibi de⁹
o pater sacerdos: qui me non solum de-
cipere credidisti. sed etiam idolatriã fa-
cere voluisti. Quibus verbis cõmotus
sacerdos veniã petijt: ⁊ peccatuȝ postea
ↄfessus: rem alijs studuit enarrare.

De septẽ fructibus quos acquirunt
hi qui fideliter ⁊ deuote sanctã cõmu-
nionẽ suscipiunt. Caplm. 3.

TErtiũ mysteriũ declarandũ de
sanctissimo sacramento dicitur
fructificationis. Deuote enim
coicantes multos fructus consequunť
⁊ precipue septẽ. Primus dicit̃ grati-
ficatio. Secund⁹ remissio. Tertius
satisfactio. Quart⁹ defensio. Quin-
tus releuatio. Sextus cibatio. Se-
ptimus glorificatio. Primus fruct⁹
dicit̃ gratificatio. Cõfert eni sacramẽ-
tum deuote coicantibus gratiã. Ratio
est ẜm Tho. 3. pte. q. 19. Tum quia i eo
ↄtinetur xp̃us: qui sicut veniens in mũ-
do: venit cum gratia. ẜm illud Joh. i.
Gratia ⁊ ꝟitas p ih̃m xp̃m facta ẽ. Ita
veniens in isto sacramẽto. Tum quia
representat̃ passio eius: que fuit gratie
effectiua. Tũ quia sumit̃ sub specie cibi
nutriẽtis. Vñ sicut cibus prestat vitã:
ita ⁊ hoc sacramentuȝ. ꝓpterea vocatur
eukaristia. i. bona gratia. Nam dicitur
sacrificiũ respectu preteriti. scȝ passiõis
xp̃i quã representat. Et dicit̃ cõmunio
respectu presentis quasi cois vnio: quia
vnit membra cum corpe. uel in corpore
mystico. ⁊ dicit̃ viaticũ respectu futuri:
quia est prefiguratiuũ vite. ⁊ quia pas-
sio vnio ⁊ gloria sũt ex gratia. iõ noiat̃
eukaristia. Secũdus fructus deuo-
te coicantiũ dicit̃ remissio. Remittũtur
nanq; p hoc sacramentũ pctã venialia.
ut habetur de ↄse. dis. 2. c. cum omne. c.
si quotiẽs. ⁊ c. añ benedictionẽ. Quan-
tum aũt sit istud. s. remissionẽ venialiũ
habere: patere potest si considerеt̃ q̃tũ
ipsa aiam ledant. Nam licȝ eternã dã-
nationem nõ inducant. tamẽ inferunt
duo precipua nocumenta. Primũ ẽ q̇a
diminuũt feruorem caritatis. Secun-
dum quia obligant ad penã tpalez. Ex
quo dicit Boñ. in. 4. di. 20. q̧ si q̇s mo-
ritur tm̃ venialia habens vadit ad pur-
gatorium. Tertius fructus deuote
coicantium dicit̃ satisfactio. Hoc siq̇dẽ
sacramẽtũ satisfacit ꝓ peccatis. Scdm
eni Tho. 3. parte. q. 19. hoc sacramentũ
simul est sacrificiũ ⁊ sacramentũ. Sed
rationẽ sacrificij habet inq̃tũ offertur
Rationẽ ꝟo sacramẽti inq̃tũ sumitur
Et ideo effectũ sacramẽti habet in eo q̇
sumit. effectum autẽ sacrificij in eo qui
offert: uel in his pro quibus offert̃. Si
ergo cõsideret̃ ut sacramẽtũ: habet du-
plicem effectuȝ. Vno modo directe ex
vi sacramẽti. Alio modo quasi ex qua-
dam concomitantia. Ex vi quidẽ sacri
directe hȝ illũ effectũ ad quẽ ẽ institu-
tũ. nõ ẽ aũt institutũ ad satisfaciẽdũ: ẜ
ad spũalit̃ nutriẽdũ p vnionẽ ad xp̃m ⁊
ad membra eius: sicut ⁊ nutrimentum
vnit̃ nutrito. Sȝ quia huiusmodi vni-
tas fit p caritatẽ: ex cuius feruore ali-
quis consequit̃ remissionẽ nõ solũ cul-
pe: sed etiã pene. Inde est q̧ ex ↄsequẽti
p quandã concomitantiã ad principa-
lem effectũ homo consequet̃ remissionẽ
pene: non quidem totius: sed ẜm modũ
sue deuotionis atq; feruoris. Si autez
consideretur inq̃tũ est sacrificiũ habet
vim satisfactiuã. ⁊ prodest his pro q̇b⁹
offertur tam viuis q̃ defũctis. Sed in
satisfactione magis attendit̃ affect⁹ of-
ferẽtis q̃ qualitas oblationis. Quis
ergo hec oblatio ex sui quãtitate suffi-
ciat ad satisfaciendũ pro omni pena. tñ
fit satisfactoria illis pro quibus offert̃.
uel etiã pro offerentib⁹ ẜm quãtitatem
sue deuotiõis: ⁊ nõ pro tota pena. Hinc
Alex. papa. de ↄse. di. 2. in. c. nihil. ait.
Nihil i sacrificijs mai⁹ esse cepit q̃ cor-
pus ⁊ sanguis xp̃i. nec vlla oblatio hac
potior est. sed omnes precellit. que pura
ↄscia dño est offerenda. Quart⁹ fru-
ctus deuote coicantiũ dicitur defensio.
Defendit vtiq; h̃ sacramentũ p̃seruãdo

a peccatis futuris. Ut.n.ait Tho. vbi.s. Peccatū ē quedā mors spūalis anime. Unde hoc modo preseruat aliqs a pctō futuro: quo preseruat corpus a morte futura. quod quidem fit dupliciter. Uno mō inq̄tuz hois natura interius roborat contra interiora corruptiua. et sic preseruat a morte per cibū et medicinam. Alio modo p hoc q̄ munit cōtra exteriores impugnatiōes. et sic pseruat p arma: quib⁹ munitur corp⁹. Utroqz autē modo hoc sacramentuz conseruat a peccato. Nam primo quidem p hoc q̄ xp̄o coniungit per gratiā roborat spūalem vitā hominis tanq̄ spiritualis cib⁹ et spiritualis medicina. scōm illud psal. Panis cor hominis confirmat. Et Aug⁹ sup Joh. ait. Securus accede. panis ē non venenū. Secundo inq̄tū est signū passionis xp̄i p quā victi sunt demones repellit ipsorū ipugnationē. Uñ Criso⁹ sup Joh. ait. Ut leones flāmā spirātes de mensa dn̄i recedim⁹ terribiles demonibus facti. Notandū tamē q̄ licz hoc sacramentū inq̄tuz est de se habeat virtutem preseruatiuā a peccato. nō tamē aufert hoi possibilitatem peccandi. eo q̄ homo in statu vie est huius conditiōis q̄ potest flecti in bonum et in malum.

Quintus fructus deuote coicantiū dicit releuatio. Si eni homo post deuotam coionē in peccatuz rueret facilius ab illo surgere potest: q̄ si ante illud nō coicasset. Ratio est. qa ut diximus: per sacram cōmunionē anima roboratur et fortificatur: et ideo facilius est forti resurgere q̄ debili. Sextus fructus deuote coicantium dicitur cibatio. Cibat vtiqz hoc sacramentū spūaliter animaz et multotiens miraculose reficit ipsum corp⁹. Dicit eni de beata Katherina de Senis. q̄ sepius cōmuniōe suscepta p dies plīmos sine cibo et potu persistebat absqz aliqua sui corporis lesiōe. Septimus fruct⁹ dicit glorificatio. Facit etiā hoc sacramentū ad augmentū glorie que sequitur ad augmentuz gratie. Quāto eni aia proficit et crescit in grā: tanto copiosiorē gloriā pmeret. Sed q̄ deuote et humiliter suscipit sacramentū eukaristie proficit in gratia: ut tactū est superius. idcirco abundanti⁹ gloriam obtinebit. Currite igit omnes et pscientijs a peccatis emūdatis sacram communionē accipite. qa saluator nr̄ dixit Joh. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. hic p gratiam et in futuro p gloriam: in qua viuit et regnat ipse ih̄s dei filius cū patre et spiritu scō per cuncta secula seculoz. Amen.

Feria q̄rtia ebdomade sancte. de v̄itate sacri eukaristie: in quo vere et realiter continet ipse xp̄us. Sermo. 64.

Caro mea vere ē cib⁹ et sanguis meus vere est potus. Uerba sunt redemptoris nostri originalit̄ Joh. 6. c. Inter cet̄a fidei nostre credibilia maximū et admirabile ē realis ac vera existētia corporis et sanguinis xp̄i in sacramento altaris sub speciēb⁹ panis et vini. hoc vtiqz nisi fides credat sermo nō explicat. Uerūtū ad confundendā pfidiā infideliuz consolandosqz fideles qui id credunt: in h̄ sermone de veritate altissimi sacramēti verba faciem⁹. Est eteni necessariū simpliciter credere et firmiter confiteri qd̄ a domino ih̄u xp̄o audiuim⁹ dictuz; carnem. s. suam vere esse cibum: et suuz sanguinē vere esse potū. s. in sacramento altaris: in quo vere et realiter continetur. Ad quod probandū et fideliter persuadendum procedemus tripliciter.

Primo per auctoritates.
Secundo per rationes.
Tertio per exempla.

Q̄ omnes tam theologi q̄ sacra cōcilia: et doctores antiqui tenent et confitentur dominū ih̄m xp̄m realiter esse in sacramēto altaris sub speciebus panis et vini. Cap̄lm. j.

PRimo probanda ē veritas cor-
poris ⁊ sanguinis xp̄i in sacra-
mento altaris ꝑ auctoritates.
Primo theologorum. Secundo con-
ciliorum. Tertio doctoꝝ. Primo
itaqꝫ theologi omnes Ric. s. Boñ. Tho
Sco. ⁊ ceteri. di. x. q̃rti. li. dicunt ꝙ opi-
nio quorundā fuit ⁊ error pessimus ꝙ
xp̄s nō esset i altari nisi tm̄ sic in signo.
⁊ dicit͛ mādu cari: quia signū eius tm̄
accipitur. Sed iste error contra pietatē
fidei est. q̄ tantū beneficiū sibi a deo da-
tū recognoscit ⁊ gratias agit. ꝙ in car-
ne sua ⁊ natura propria sit nobiscum.
Est etiā contra sacramēti dignitatē per
excellentiā. i quo relucet diuina poten-
tia ⁊ bonitas altius ceteris sacramentis
Nam cetera sacr̄a excellit: ⁊ q̄si consū-
matiuū est alioꝝ omniū: sicut caritas
omniū virtutum. Manifestatur nanqꝫ
omnipotentia dei in opis singularitate.
Cum eni panis in corpus xp̄i veꝝ ⁊ in-
tegrum in multis altaribus conuertit͛
nullo remanēte cōmuni ostendit se de⁹
posse supra omnē potentiā opatiuaꝫ in
cōuersione. Et per hoc ꝙ idem in pluri-
bus locis: supra imaginatiuam. ⁊ per
hoc ꝙ tam magnum ⁊ integrum in tam
parua specie facit existere nō cōtractū:
ostendit se posse supra potentiaꝫ intelle-
ctiuam. Error igitur pretactus retract⁹
est a quodā Berengario rome coram
iiꝫ. episcopis. ut habet͛ de conse. di. z. in
c. ego Berēgarius. Ideo catholice di-
cenduꝫ est ꝺm Franciscū de marone in
quodam sermone de corpore xp̄i. ꝙ sub
specie panis que videtur in hostia quat-
tuor esse creduntur. Primo quidem cre-
ditur ibi esse corpus xp̄i ex vi verborum
q̇a verba consecrationis de solo corꝑe
faciunt mentionē. Secundo est ibi san
guis xp̄i ex concomitantia immediata
quia sanguis imediate disponit corpus
ad vitam. Tertio est ibi anima xp̄i ex
concomitantia ꝓpinqua: quia licꝫ aīa
nō viuificet corpus nisi mediante san-
guine: tamē pertinet ad eandē naturā.
⁊ ideo cōcomitatur ipsum propinque.

Quarto ē ibi diuinitas verbi ex cō-
comitātia remota: quia licꝫ diuinitas
cum tribus precedentibus faciat vnuꝫ
suppositū: tamē nō ꝑtinet ad vnā nām.
Similiter etiā i calice ista quattuor eē
credunt͛: sed alio ordine. Primo est ibi
sanguis ex vi verboꝝ. ꝓ eo ꝙ v̄ba ꝯsecra
tionis calicis de solo sanguine faciūt
mentionē. Secūdo est ibi corp⁹ ex cō-
comitantia imediata: quia corp⁹ san-
guinis ē imediatū receptaculū. Tertio
est ibi aīa ex ꝯcomitantia ꝓpinqua: q̇a
ꝑtinet ad eādē nāꝫ humanā. Quarto
est ibi diuinitas ex cōcomitātia remota
q̇a nō ꝑtinet ad eandē naturā. ꝙuis ad
idē suppositū. Et ista quattuor signi-
ficauit saluator noster ibi esse. v. Ioh.
6. Ego sum panis. per hoc dās intelligi
corpus. Et subiūgit: viuus. per hoc de-
notans animā ꝑ quā corpus viuificat͛.
⁊ q̇a anima sine corporeo sanguine vi-
uificari nō potest: ideo subintelligit͛ hic
sanguis. Deinde addit: qui de celo de-
scendi. ꝓpter diuinitateꝫ. Quare totus
xp̄s cōtinet͛ sub specie panis: ⁊ tot⁹ sub
specie vini. Secundo ad ostēdendaꝫ
veritatē sacramenti facit auctoritas sa-
croꝝ cōciliorū. Scribit͛ eni ex̄ de cele.
mis. in. c. cum Marthe. Dicit͛ hoc sacr̄m
mysterium fidei: q̄m aliud ibi creditur
ꝙ̄ cernatur. ⁊ aliud ibi cernit͛ ꝙ̄ credat͛
Species panis ⁊ vini cernit͛: ⁊ credit͛
v̄itas carnis ⁊ sanguinis xp̄i. Et in. c. i.
de sū. tri. ⁊ fi. ca. sic scribit͛. Una est fide-
liū vniuersalis eccl̄ia extra quā nullus
oīo saluat͛. in qua idē ipse sacerdos ē ⁊
sacrificiū ih̄s xp̄s: cui⁹ corp⁹ ⁊ sanguis
in sacr̄o altaris sub sp̄ebus panis ⁊ vi-
ni veraciter continet͛ transubstantiatis
pane in corpus ⁊ vino in sanguinē vir-
tute diuina: ut ad ꝑficiendū mysterium
vnitatis accipiamus ipsi de suo q̄ᵈ ac-
cepit ipse de nostro. Sꝫ propter dicta i
ꝑall'. c. cū marthe. nōnda sūt ꝺm Fran.
de marone q̃ttuor documēta. Primū
ꝙ i hoc sacr̄o ꝓprie nō videt͛ xp̄s oculo
corporali. q̇a accidentia que ibi cernūt͛
non sunt in corꝑe xp̄i sicut in subiecto.

Et si queraꝭ quare xp̄s in hoc sacramē-to corpus suū dedit nobis velatuȝ sub accidentibus. Respōderi potest ꝙ id fe-cit ꝑpter quattuor rationes. Prima ē propter humilitatē: ut. s. homines i hoc sacramento humialiarēꝭ credentes ea que sunt supra intellectū. in hoc eni sa-cramento valde necessaria est captiua-tio intellectus in obsequiū xp̄i. Se-cunda ratio est propter fidelitatē: ut. s. fides habeat meritū. quia ut Greg̃. dic̄ in omel. Fides non habet meritum vbi humana rō prebet experimentū. Ter-tia ratio est propter indignitatē. s. quo ad malos qui indigni sūt clare cōspicē corpus dn̄i ihu xp̄i. Quarta ratio ē ꝑpter imbecillitatē quo ad oēs: q̇a cla-ritatem corporis ihu xp̄i nullus viator naturaliter posset inspicere. Secun-dum documentū ꝙ licȝ ꝓprie ibi nō vi-deatur xp̄s: tamē nō errant fideles qui dicunt dn̄m se vidisse in manibꝰ sacer-dotis: quia nullus errat cuius ꝟba pn̄t verificari eo modo quo verificatur scri-ptura diuina. in qua diciꝭ ꝙ aliqui vi-derunt deū oculo corpali: sic̄ de Moy-se diciꝭ ꝙ vidit dn̄m cernendo corpalē rubum. Exo. 3. nō ꝙ ibi viderit diuini-tateȝ: sed quia dn̄s assistebat illi rubo. Et ita corpꝰ xp̄i suo modo assistit spe-ciebus que in hoc sacramento cernunꭲ

Tertium documentū ꝙ in hoc sacr̄o adoratio nō est dirigēda ad illud quod cerniꝭ: ẜ ad illud qȯ crediꝭ tm̄: q̇a illud est dignū adoratione. Quartū docu-mentū ꝙ ante completa ꝟba consecra-tionis hostia non est adoranda donec eleuatur a sacerdote uel adoraꝭ: q̇a nō dum ibi constat esse corpus xp̄i. 3° ad ostendendā veritatē sacramenti sūt au-ctoritates sanctorū doctorū. Ex quibꝰ omnibus quattuor tm̄ inducemus no-minatissimos ⁊ famosos doc. s. Amb°. Aug̃. Greg̃. ⁊ Hilarium. Ambrosius eni in li. de sacramentis. ⁊ poniꝭ de ꝯse. di. 2. in. c. panis. ait. Panis est i altari vsitatus ante verba sacramentorū. vbi autē accessit cōsecratio: de pane fit cor-pus xp̄i. Et idē in li. de officijs. ⁊ hr̄ in c. ante benedictioneȝ. de cōse. di. 2. Añ benedictionem alia species noiatur. pꝰ benedictionē corpus significaꝭ. Et ideȝ de cōse. di. 2. in. c. reuera. ait. Hoc quod conficimꝰ corpus ex virgine est. Et idē de cōse. di. 2. i. c. omnia. ita pulchre lo-quitur. Omnia quecūq; voluit dominꝰ fecit in celo ⁊ in terra. ⁊ quia voluit sic factum est. Ita licȝ figura panis ⁊ vini videaꝭ: nihil tm̄ aliud ꝙ̄ caro xp̄i ⁊ san-guis post consecrationē credenda sunt Vñ ipsa ꝟitas ad discipulos Hoc inq̇t caro mea est ꝓ mūdi vita. Et ut mira-bilius loquar nō alia plane ꝙ̄ que na-ta est de Maria: ⁊ passa est in cruce: ⁊ resurrexit de sepulchro. Et Augꝰ de ꝯse di. 2. c. nos aūt. dicit. Nos aūt in specie panis ⁊ vini quā videmus: res inuisibi-les. i. carnē ⁊ sanguinē honoramus. Et idem in. c. non omnis. Non omnis pa-nis sed accipiens benedictionem xp̄i fit corpus xp̄i. Et idē in ep̄la ad Hyreneū Perfectus panis de celo: corpꝰ ē ex vir-gine. Greg̃. autē in omel. pascali. ⁊ hr̄ in. c. quid sit. de conse. di. 2. Mysteriuȝ fidei diciꝭ quod credere debes ꝙ ibi sa-lus nostra consistat. Prouidēs eni no-bis dn̄s dedit hoc sacramentū salutis: ut quia nos quottidie peccamus: ⁊ ille iam mori nō potest: ꝑ illud sacramētū remissionē consequamur. Quottidie. n ipse comeditur ⁊ bibitur in veritate: sed integer ⁊ viuus atq; imaculatus ꝑma-net. Et iō magnū ⁊ pauendū mysteriū est: quia aliud videꝭ: ⁊ aliud intelligiꝭ. Hilarius de conse. di. 2. c. corpꝰ. ita lo-quitur. Corpus xp̄i qȯ sumiꝭ de altari figura est: dum panis ⁊ vinuȝ extra vi-detur. veritas autē: dum corpus ⁊ san-guis xp̄i in veritate interius crediꝭ. Cō-fiteri igitur debemus ⁊ indubie credere dn̄m ihm xp̄m i sacramēto altaris vere ⁊ realiter contineri.

Qr rationibus fidelibus probari pōt etsi non demonstratiuis veritas carnis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramento eukari-stie. Capl̄m. 2.

SEcūdo ꝓbanda est veritas cor-
poris ⁊ sanguinis xp̄i in sacro
admirabili eukaristie ꝑ rōnes:
nō quidē naturales ⁊ demōstratiuas ſ
fideles ac ꝑsuasiuas. Et colligi possūt
principaliter tres. Prima dicit᷑ distan-
tiua. Secunda conceptiua. Tertia
cōmutatiua. Prima dicit᷑ distantiua
Maior eni distantia est ut dicit Boñ.
di. x. quarti. inter ens non ens: q̄ꝫ inter
ens ⁊ ens. Si ergo de⁹ potuit de nihilo
ꝓducere omnia que sunt in celo ⁊ i t̄ra
cur nō poterit mutare vnū ens in aliud
ens. ⁊ conuertere panē in carnē. ⁊ vinū
i sanguinē? Ideo Amb⁹. in li. de sacris
ait. De totius mundi operibus legistis
quia ipse dixit: ⁊ facta sūt: ipse manda-
uit ⁊ creata sunt. Sermo igit᷑ q̇ potuit
ex nihilo facere quod nō erat. nō pot̄at
ea que sunt i id mutare qḋ nō erat? Nō
est eni min⁹ dare q̄ꝫ mutare nouas na-
turas rebus. Secunda ratio dicitur
ꝯceptiua. Si corpus xp̄i supnaturalit᷑
⁊ miraculose potuit a virgine concipi:
cur nō poterit in sacramēto ex miracu-
lo realiter contineri? Ideo ait Amb⁹.
vbi supra. Quid hic queris nature or-
dinem in xp̄i corpore: cū preter naturā
sit ipse dn̄s natus ex virgine? Sed non
imerito dubitari potest vtꝝ nobilior sit
virtus transubstantiādi panē in carnē:
⁊ vinū i sanguinē xp̄i: virtute virginis
ipsū concipientis. Et nōnulli tenere vo
luerunt q sic. tum quia sacerdos ꝯficit
corpus xp̄i paucioribus verbis q̄ꝫ con-
ceperit virgo. tum quia virtus conce-
ptionis i virgine terminata fuit ad cor-
pus xp̄i impassibile ⁊ imortale. Contra
istos tamē sic asserentes dicit Boñ. x.
di. quarti. q dupliciter est loqui de vir-
tute trāsubstantiante ⁊ de concipiente.
Uno modo ꝓut sunt i suo fonte ⁊ pri-
mo principio: ut dicat᷑ virtus ꝯcipiēdi
que opata est conceptionē principalit᷑
⁊ propria auctoritate: ⁊ similit᷑ virtus
transubstantiandi: ⁊ sic nō est compa-
ratio ſm magis ⁊ minus in se: cum sit
vna ⁊ eadem virtus diuina nō intensa
nec remissa. Sed si ipsa comparetur ad
manifestationē factā p hos effectus iu-
dicandū est q se habent sicut excedētia
⁊ excessa. licet eni vtrūqꝫ sit nobilissimū
⁊ ostēdat potentiā esse sūmā. in ꝯceptiōe
tamē magis laudat᷑ maiestas diuina.
⁊ in trāsubstantiatiōe magis captiuat᷑
ratio nostra. Secundo mō possumus
loqui de hac duplici virtute. ꝓut dicit᷑
coicari creature ſm q dicit᷑ q virgini
data est ptās concipiendi. ⁊ sacerdoti
ꝑ verbū potestas cōficiendi. ⁊ sic loquē-
do simpliciter ꝟtus ꝯcipiendi dignior
excellentior ⁊ nobilior est. tū quia sub-
iectum magis nobilitat. Maius eni ē
esse matrē dei q̄ꝫ esse sacerdotē. tū quia
actio est singularior ⁊ preclarior. Ma-
ius eni est concipere q̄ꝫ conficere: quia
terminus actionis plus accipit a cōci-
piente matre q̄ꝫ a conficiente sacerdote
Accepit eni a matre humanitatē ⁊ esse
In consecratione vero corꝑis xp̄i non
accipit esse. Idcirco respondendū ē his
qui contrariuꝫ tenere voluere dicentes
virginē concepisse xp̄m mediantib⁹ plu
ribus verbis q̄ꝫ sacerdos ꝯficiat. Quos
nescio si isanos aut ignorātes nominē
eo q comꝑatio ista nulla est: quia ꝟba
sunt de necessitate ꝯsecrationis. nō aūt
ꝯceptionis. Unde si sacerdos nunq̄ꝫ ꝓ-
ferret verba nunq̄ꝫ consecraret. Beatis-
sima autē virgo nō concepit xp̄m ex vi
verboꝝ: sed ex merito virtutū suarū. ob
qḋ posito q cuꝫ dixit. Ecce ancilla dn̄i
obmutuisset. remanentibus in ea tamē
virtutib⁹ supradictis adhuc cōcepisset
xp̄m. Similiter male intelligunt q̇ vir-
tutē transubstantiandi hoc modo ꝑfe-
runt virtuti concipiendi: q̇a illa termi-
natur ad corp⁹ impassibile ⁊ imortale.
⁊c. Nam arguūt quasi corpus xp̄i con-
secratiōe fieret. Sed certe nō fit. Nā nō
fit eius humanitas: quia facta est i con
ceptione. non fit gloria corporis: quia
facta est in resurrectione. nō fit perfecta
etas. quia etas. 33. annorū spacio ē ꝑfe-
cta. vnde argumentū deficit ut dixim⁹:
quia arguit ac si faceret. ſ p ꝯsecratiōeꝫ

nihil nouū fit: sed hoc soluз fit. ut quod erat in celo pfectū ⁊ gloriosuз idem sine mutatione sui sit in sacramento virtute transubstantiandi. Tertia rō manuducens nos ut firmiter credam⁹ corp⁹ xp̄i esse in sacramēto altaris dicit͛ commutatiua. Nam legimus sepius fuisse p diuinā virtutē imutatā naturā. Ideo Amb⁹. in. c. reuera. de psc. di. 2. inquit. Forte dices aliud video quomodo tu mihi asseris q corpus xp̄i accipiā? Et h̄ nob adhuc supest ut ꝓbem⁹. quantis i git͛ vtimur exemplis. ut probemus hoc non esse quod natura formauit: sed qd̄ benedictio cōsecrauit: maiorēq vim eē benedictionis q̄ nature: qa benedictiōe etiā natura ipsa mutat͛. Uirgā tenebat Moyses. ꝓiecit eam ⁊ facta est serpens Rursus apprehendit caudā serpentis ⁊ in virge naturā reuertitur. Uides g. ꝓphetica grā bis mutataз esse naturā: ⁊ serpentis ⁊ virge. Currebāt egypti flumina puro meatu aquaꝝ subito de fontium venis sanguis cepit erumpere. nō erat potus in fluuijs. Rursus ad ꝓphe preces cruor cessauit fluminū. aquarū nā remeauit. Circūclusus erat vndiq populus hebreoꝝ. hinc egyptijs vallatus: inde mari clausus. Uirgā leuauit Moyses separauit se aqua: ⁊ i muroꝝ speciem se congelauit: atq inter vndas via pedestrͣ apparuit. Jordanis retrorsum ꝯuersus ꝯtra naturā: in sui fontis reuertitur exordiū. Nōne claret naturā uel maritimoruз fluctuū: uel fluuialis cursus esse mutatā. Sitiebat popul⁹ patrū. tetigit Moyses petrā: ⁊ aqua de petra fluxit. Nunqd nō pret͛ naturā opata ē gratia: ut aquā vomeret petra: quā nō habebat natura? Marath fluuius amarissim⁹ erat ut sitiens popul⁹ bibē nō posset. misit Moyses lignū in aquā ⁊ amaritudinē suā aquaruз natura deposuit: quā infusa subito gratia tpauit. Sub Elyseo ꝓpha vni ex filijs ꝓphaꝝ excussū est ferrū de securi: ⁊ statim imersum. rogauit Elyseū qui amiserat ferrū Misit Elyseus lignū i aquā ⁊ natauit ferrū: vtiq ⁊ h̄ preter naturā factū esse cognouimus. Grauior est ferri species q̄ aquarū liquor. Aduertim⁹ ergo maiorem esse gratiā q̄ naturā. ⁊ adhuc tn̄ ꝓphetice bn̄dictiōis miramur grām. q si tantū valuit humana bn̄dictio ut naturā cōuerteret: quid dicem⁹ de ipsa cōsecratione diuina vbi ipsa v̄ba dn̄i saluatoris opantur. Nā sacramētū istud quod accipis xp̄i sermōe cōficitur. hec Amb⁹. Qui in talib⁹ ⁊ similib⁹ exēplis nobis ostendit quāta pōt magnus ⁊ excelsus deus: cui⁹ ptāti atq v̄tuti imēse ⁊ infinite ascribunt͛ omnia miracula sacramenti altaris.

Qualiter miracula ⁊ exempla opata in sacramēto altaris oñdūt vere ibi esse corpus xp̄i. Caplm. 3.

Tertio probanda est v̄itas sacri p exempla. Naз deus benedict⁹ ⁊ si nō semp qn̄q tamē ad confusionē cordiū inflatoruз multa de hoc sacro ostendit mira atq stupēda. Inter que illud vnū ē celeberrimū ac memoria dignū qd̄ euenit duз scūs Antoni⁹ de padua Arimini p̄dicabat. Ibi nāq hereticͦ qdā aderat: q male sentiebat de corpe xp̄i: atq in contemptū corpis xp̄i hostias nō cōsecratas sepius asino suo prebebat in cibū. Cuз v̄o hoc inotuisset Antonio fidei defensori acerrimo: illū ad se vocatū dure redarguit: veritatēq sacri ei fideliter psuasit. Cum v̄o ille ptinax in suo sensu maneret: assereretq asinū suū psepe tali cibo fore depastum: cōuenit cum eo Antoni⁹: ut de hoc experientia fieret ⁊ p dies tres asinus sine cibo trāsiret. ⁊ die tertia Antoni⁹ i foro celebrata missa. ⁊ reseruato sacro illud intra hostias nō consecratas reponeret atq illo modo asinus famelic⁹ inuitaret͛ ad pabulū. qd̄ cū factū fuisset corā multitudine maxima: aial illud appropinquans sponte in qua corp⁹ xp̄i intra hostias nō ꝯsecratas reuerenter recunditū erat ex miraculo dei cognouit dn̄m suū. ⁊ caput ⁊ pedes inclināns humilit͛ adorauit. neq cura sibi fuit de cibo: quo

indigebat. cũq; verberibus ab illo here/
tico angeret͛ traheret͛ ⁊ volueret͛: ſemper
faciebat ut prius. ob q̇d hereticus ille ⁊
alij q̄plurimi oĩ errore depoſito ad ve/
ram fidẽ redierũt. Antoni9 aũt deo gra
tias referẽs ſacr͞m honorifice i loco de/
bito poſuit ⁊ cõſeruauit. De multis etiã
comptũ eſt ꝙ ex priuilegio ſpãli corp9
xp̄i viderũt: aut in ſpecie pueri: aut car/
nis: aut ſanguinis. Q̇d fit ſc̄m Tho. 3.
pte. q. 16. p imutationẽ oculorũ eorũ
qui ſic vident: quorũ oculi imutant͛ ac
ſi expreſſe viderent exteri9 carnem aut
ſanguinẽ uel puerũ nulla trãſmutatiõe
facta ex pte ſacr͞i. Q̇d patet ex eo quia
alijs videt͛ ſub ſpẽ panis. Nec tamen id
ptinet ad aliquã deceptionem: q̇a talis
ſpecies diuinit9 format͛ in oculo ad ali/
quã ꝟitatẽ figurãdã: ad hoc. ſ. ꝙ mani/
feſtet͛ vere corpus xp̄i eſſe ſub hoc ſacr͞o
ſicut etiã xp̄s abſq; deceptiõe apparuit
diſcipulis euntib9 in Emaus. Dicit eni
Aug9 in li. q. euãgelij. ꝙ cuz fictio nr̄a
refert͛ ad aliquã ſignificationez non eſt
mendaciũ: ſ3 aliqua figura. Sũt itaq;
multa hui9 ſacr͞i pclariſſima teſtimonia
que tñ oĩa ſi deeſſent ſufficere nob̄ debet
ꝟbũ xp̄i dicentis. Hoc eſt corp9 meũ. de
quo dicere poſſum9 q̇d Iſaac dixit dũ
filiũ tangebat. Vox quidẽ vox Jacob ẽ
ſed manus man9 ſũt Eſau. Naz i tactu
⁊ i odoratu Eſau eũ reputabat. in voce
tñ Jacob eum confitebat͛. Sic in h̄ ad/
mirabili ſacr͞o ſenſibus noſtris. ſ. viſui
odoratui. guſtui. ⁊ tactui accidẽtia pa/
nis ſe offerunt: ſed ipſi auditui veritas
carnis xp̄i. O igit͛ ineffabile ſacramẽ/
tum. o inexplicabile ſignũ amorꝭ ihe̅ſu
xp̄i. o deniq; triumphale priuilegiũ no
bis exhibitũ. Non eſt eni aut fuit aliqñ
tam grãdis natio: que habeat deos ap/
propinquãtes ſibi: ſicut adeſt nobis de9
noſter. Ergo omni deuotione qua poſ/
ſumus celebremus hui9 ſacr͞i myſteria
quo nobis adueniat gratia. ⁊ tandem
perennis ⁊ et͞na gloria: in qua ipſe dñs
ih̄s viuit ⁊ regnat cum patre ⁊ ſpũ ſcõ
p infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Feria quarta ebdomade ſancte. de ſa/
cramẽto eukariſtie: ad quod deuote ſu/
ſcipiendum fideles inuigilare debent.

Sermo. 65.

ACcepit pa/
nem ⁊ gr͞as agens fre/
git ⁊ dixit. Accipite ⁊
manducate. hoc eſt cor/
pus meũ: quod ꝓ vobis
tradet͛: hoc facite in meã cõmemoratio/
nẽ. Doctoris gentiũ ꝟba ſũt iſta. i. Corꝭ
xi. c. Satis vtile ⁊ proficuum eſſe arbi/
tratus ſum: ſi adhuc de ſacr͞o ineffabili
eukariſtie nõnulla dixero: qm̄ quanto
magis illius preconia fidelib9 innote/
ſcunt: tanto ardentius excitant͛ ad illi9
vſũ: deuotãq; ſuſceptionẽ. Idcirco prec͛
ea que dicta ſũt: adhuc videbim9 q̄daz
nõ imerito de hoc bñdicto ſacr͞o diluci/
danda. ꝓponemus itaq; tria p̄ncipalia
myſteria: que apl'us in ꝟbis p̄allegatis
explicauit ⁊ ãnotauit. videlicz.
Primũ dicit͛ trãſubſtantiationis.
Secundũ manducationis.
Tertiũ conſecrationis.

De trãſubſtãtiatiõe panis in carnẽ ⁊
vini i ſanguinẽ xp̄i. ⁊ de ꝯditionib9 ad/
mirãdis ipſi9 trãſubſtãtiatiõis. Cap. j.

PRimũ myſteriũ annotatum ab
apl'o dr̄ tñſubſtãtiatiõis. Quia
xp̄s panẽ accipiẽs: ⁊ gr͞as agẽs
panẽ illũ bñdixit ⁊ ꝯſecrauit: ꝯuertitq;
ſb̄am ei9 i ſb̄am corpis ſui: ſic ⁊ i ſacr͞o
iſto ſb̄a panis in ſb̄az corpis xp̄i. ⁊ ſb̄a
vini in ſb̄am ſanguinis ei9 vere ꝯuertit͛
Ad q̇d plenı9 intelligendũ q̄ttuor ſunt
dubia declaranda. Primũ vtrũ in cõ
ſecratione ſit vera trãſmutatio ſiue con
uerſio panis in corp9 xp̄i: an panis ſb̄
maneat cũ corpe. Ad q̇d rñdet Alex. i
4. ſu. volumine. ꝙ aliqui errantes dixe/
runt ꝙ in hoc ſacr͞o nõ eſt aliqua ꝯuer/
ſio. ſed ad ꝓlationẽ ꝟborũ ſine conuer/
ſione aliqua fit diuina ꝟtute: ut corp9
xp̄i ſit ibi. Tamen hec poſitio eſt ꝯtraria
ſcõꝝ auctoritati. ut p3. Eſt etiã ꝯ ꝯgrui/
tatẽ ſacr͞i: diminuitq; vtilitatem meriti.

Nam multiplex est ratio quare cõgruit
ut panis conuertat̃ in corpus xp̃i ⁊ nõ
maneat simul. Prima est vitatio idola-
trie. Si enim sub sacr̃o maneret panis
fortassis qñq̧ indistincte adoraret̃ cũ
dño. Secunda ratio ẽ efficacior redu-
ctio ad ipsũ xp̃m ꝯprehendendũ. Spẽs
eni panis que mõ reducit imediate ad
dñm xp̃m comprehendendũ ⁊ vescendũ
tunc mediate reduceret: qa primo redu
ceret ad comprehensionẽ panis: ⁊ post
ad comprehensionẽ dñi. Tertia rõ est
spũalior refectio. mõ eni illa refectio ẽ
spiritualis oio: tũc esset etiam carnalis
quia tunc cibus carnalis assumeretur:
⁊ nõ solũ spũalis. Quarta rõ est veri-
tatis isinuatio. s. ut credat̃ ꝙ sit tm̃ cibꝰ
anime: ⁊ non corporis: ⁊ ꝙ hoc cibo fit
vnio spiritualis: non corꝑalis. Opinio
ad hoc pretacta minuit vtilitatẽ meriti:
quia ponendo ꝙ accidentia non possũt
esse sine subiecto initendo rõnibꝰ huma
nis meritũ fidei diminuit. Ideo dicẽdũ
ꝙ tota substãtia panis cõuertit̃ in sub-
stantiam corꝑis xp̃i remanẽtibus acci-
dentibus sine subiecto. Secũdũ du-
bium declarandũ. vtrũ in ista cõuersiõe
ãnihilet̃ substãntia panis. Et ad hoc re-
spondet Ric. in. 4. dis. xi. d. ꝙ q̃uis post
cõuersionẽ substantie panis in substã-
tiã corꝑis xp̃i nihil de substãtia panis
remaneat. tñ quia substãtia corꝑis xp̃i
in quã conuersa est aliquid est: ãnihila-
ta non est. vnde substãtia panis nõ est
in nihilũ redacta: sed in melius cõmu-
tata. s. in corpꝰ xp̃i. non tamẽ ſm Alex.
de pane illo accipit esse corpꝰ xp̃i: ſ3 ipsa
essentia panis sine omni mutatione fa-
cta in corpus xp̃i mutat̃ in illud. Ideo
Ugo. li. z. de sacr̃is ꝑte. 8. c. 9. ait. Non
sic corpus xp̃i in pane cõsecrari dicimꝰ
ut de pane corpꝰ xp̃i esse accipiat: nec q̃i
corpus nouũ subito factum de mutata
essentia: sed in ipsũ verũ corpus mutatã
essentiã. nec ipsã sustantiã panis ⁊ vini
in nihilũ redactam quia desijt esse quod
fuit: sed mutataȝ potius: quia cepit esse
aliud qd̓ non fuit. Tertiũ dubiuȝ de-
clarandũ. vtrũ illa cõuersio fiat in in-
stanti uel successiue. Et rñdet Ric. vbi
supra. ꝙ fit in instãti. quia ut accipi pt̃
a cõmentatore. 4. metaph. Ois succes-
sio in mutatione causat̃ uł ex resistẽtia
mobilis ad motorẽ: uel medij ad moto
rem. uel ratione vtriusq̧. ⁊ puto ꝙ sub
resistentia ipsius medij debeat compre-
hendi diuisibilitas spacij ꝑ cõꝑationem
ad limitationẽ virtutis i motore. vnde
q̃uis corꝑale mediũ ãgelo nõ resistat:
tamẽ quia limitate ṽtutis est: nõ posset
se transferre ab oriente in occidentẽ per-
transeundo spaciuȝ in instanti. Uirtus
aũt conuertens substantiã panis i cor-
pus xp̃i non est limitata. Illa eni con-
uersio fit ꝑ virtutẽ diuinã: que infinita
est. Nec sibi resistit substãtia panis: qa
tota natura ꝑfecte subdit̃ virtuti diui-
ne. Nec est aliquod mediũ ꝑ quod ista
conuersio fiat. hoc eni nõ habet locũ ꝓ-
prie loquendo: nisi de mutatione locali
Panem eni nõ esse corpus xp̃i nihil po-
sitiuũ dicit: ⁊ tamen si esset mediũ non
oporteret ꝙ causaret successionẽ i dina
operatione. Deus eni vnũ lapidẽ trans-
ferre posset ab oriente in occidenteȝ per
totũ mediũ in instanti. Non eni oportet
ꝙ diuisibilitas medij causet successio-
nem in mutatione: nisi cũ hoc mutans
sit limitate virtutis. Quartũ dubiuȝ
declarãdũ. vtrũ virtus transubstantia-
tiua principalius respiciat sacerdotem
q̃ verba. Et rñdet Ric. dis. 8. quarti. ꝙ
virtus predicta ꝓ̇ncipalius respicit sa-
cerdotẽ: qa quando dñs operat̃ aliquẽ
effectũ mediante instrumẽto animato
cuiusmodi est seruus ſm phm ꝓ politi-
corũ: ⁊ inanimato. virtꝰ dñi principaliꝰ
respicit instrumentũ aiatũ q̃ inaiatum.
In transubstantiatione autẽ sacerdos
se habet sicut instrumẽtũ aiatũ: ⁊ verba
sicut inaiatum. iõ virtꝰ dñi principalit̃
oꝑantis principalius respicit sacerdo-
teȝ q̃ verba. Secũda ratio est. quia qñ
plura instrumenta ꝑ ordinẽ se habẽtia
concurrunt ad eundẽ effectũ: ut manꝰ
⁊ pẽna ad scripturã. virtus principalis

motoris principalius respicit illud instrumentũ qȯ est sibi ꝓpinqui⁹ ⁊ mediãte quo aliud instrumentũ moueť. vnde v̓tus scribentis ꝑncipalius respicit manũ ꝙ pennã. Ad transubstantiationeꝫ aũt cõcurrunt plura instrumenta ꝑ ordinem se habentia. s. sacerdos ⁊ verba: quorũ sacerdos ē ꝓpinquior ꝑncipali agenti: quia sibi est similior ⁊ eius repsentat ꝑsonã. Est etiã ꝓlationis v̓borũ causa. ideo v̓tus trãsubstantiatiua ꝑncipalius respicit sacerdotē ꝙ v̓ba. 3ª ratio est q̇a virt⁹ trãsubstãtiatiua sacerdotē respicit ꝑmanente rõne caracteris qui in sacerdote ꝑmanet. V̓ba aũt sicut sunt transeũtia respiciũt trãseuntē nõ ꝑ aliquē trãsitũ ex ꝑte virtutis: ꝓut est in principali agente: ẜ ꝑ transitũ ipsorum v̓borũ. ẜm quid tamen predicta virtus respicit principalius verba ꝙ sacerdotem: inꝙtũ v̓ba magis de propinquo se habent ad effectũ ꝙ sacerdos. ẜm queꝫ modũ etiã dici potest ꝙ virtus scribentis principalius respicit pennã ꝙ manũ.

De multiplici manducatione corꝑis xp̄i: ⁊ de dubijs que circa illam haberi possunt. Capl'm. 2.

Secundũ mysteriũ qȯ ãnotauit apl'us i themate diciť manducationis: asserens qȯ xp̄s dixit. Accipite ⁊ mãducate. hoc ē corp⁹ meũ. Ad quod pleni⁹ intelligēdũ quattuor sunt dubia declaranda. Primũ. quot sunt modi manducandi corpus xp̄i. Et r̃ndet magister in. 4. di. 9. ꝙ est duplex. vnus sacr̃alis: ali⁹ sp̄ualis. que distinctio ẜm Boñ. oriť vno mõ a dispositiõe sumentiũ. quia quidã accedũt male dispositi: ⁊ hi manducant sacramentaliter quidã bene: ⁊ hi sp̄ualiter. Secũdo accipiť a modo sumendi: q̇a quidã susciꝑiũt ore corꝑis: ⁊ nõ cordis. ⁊ hi sacr̃aliter. Quidã v̓o ore cordis. ⁊ hi sp̄ualiť. Comedere igiť sacr̃m sp̄ualiter ē illud suscipe cũ fide informata caritate. Comedere aũt sacr̃aliter est illud suscipere cum fide sine caritate. Qui manducãt sacramentaliter: tm̃ suscipiũt sacr̃m: sed non effectũ illius. Qui v̓o manducant sp̄ualiter effectũ gratie cõsequũť. Secundũ dubiũ. vtrũ mali sumãt corpus xp̄i veraciter. Et r̃ndet Tho. 3. ꝑte. q. 80. ⁊ Boñ. in. 4. di. 9. ꝙ circa hoc quidam antiqui errauerũt dicentes ꝙ corp⁹ xp̄i verũ a malis nõ sumiť: q̇a nõ decet tãtã maiestatē ⁊ carnē tam scãm ⁊ puraꝫ in corpus peccatis subditũ introire. Ideo asserebãt ꝙ corpus xp̄i verũ a specieb⁹ absccederet. ex quo peccator ipsũ labijs ⁊ ore polluto ꝯtingeret. Sꝫ hoc ē erroneũ eo ꝙ manentib⁹ sp̄ebus corp⁹ xp̄i sub eis esse nõ desinit. Species autē manet ꝙdiu s̄ba panis manēt: ⁊ sibi adesset. Manifestũ est aũt ꝙ s̄ba panis assumpta a pctõre nõ stati eē desinit: ẜ manet ꝙdiu ꝑ calorē nãlem digerať. Vñ tam diu corp⁹ xp̄i s̄b sp̄eb⁹ sacr̃alibus manet etiã a pctõrib⁹ sumptũ. Quare doc. oẽs dicũt ꝙ pctõres veraciter ⁊ sacr̃aliť: lꝫ nõ sp̄ualiter corp⁹ xp̄i suscipiãt. qȯ cãtat ecclesia in ꝓsa in festo corꝑis xp̄i dicēs. Sumũt boni: sumũt mali: sorte tñ ieq̃li vite uel interitus. Et Aug⁹ suꝑ Joh̄. ait Multi de altari accipiunt: ⁊ accipiēdo moriunť. Ad idem est. c. sicut Judas. c ⁊ sancta. de cõse. di. 2. Tertiũ dubiũ vtrũ peccator qui cuꝫ certa scia in pctõ sumit corpus xp̄i: sumat illud dãnabiliť. Et ꝙ sic pꝫ ꝑ dictũ apl'i. d. ꝙ iudiciũ sibi mãducat ⁊ bibit. qȯ nõ est ẜm Boñ q̇a ipsũ corp⁹ aliquã maculã det aie: ẜ q̇a pctõr ipsũ cõtemnit dũ se ꝑꝑare non vult ⁊ mundare. Sed aliq̇s obijcē p̄ōt si manducare corp⁹ xp̄i cũ pctõ pctm̃ ē: ġ a simili ⁊ vidē. ġ quotienscũq̧ existēs in pctõ mortali videt corp⁹ xp̄i peccat mortaliť. R̃ndet Tho. ⁊ Boñ. ꝙ visus nõ ꝑtingit ad s̄bam corꝑis xp̄i: ẜ solum ad sp̄ẽs sacr̃ales: ẜ ille q̇ mãducat non solũ sumit sp̄ẽs sacr̃ales: ẜ etiã xp̄m qui est sub eis. ⁊ iõ a visiõe corꝑis xp̄i null⁹ baptiçatus ꝓhibeť. nõ baptiçati aũt nõ sunt admittēdi: etiã ad inspectionē hui⁹ sacr̃i. ut pꝫ ꝑ Diony. in li. ange. hierar. sed ad manducationē nõ debent accedē nisi illi qui bñ dispositi ⁊ mundati sunt.

quare non est simile videre ⁊ sumere h̄
sacramentū. Quartū dubiū est. vtrū
accedere ad hoc sacramentū cū conscia
peccati sit grauissimū omniū peccatoꝝ
Et q̄busdā videt̄ ꝙ sic. Primo q̄a glo.
sup illud. i. Cor. xi. c. Qui mādūcaue-
rit. ⁊c̄. De indigne manducāte ait. ac si
xp̄m occiderit puniet̄. s̄ pctm̄ xp̄m occi-
dentiū videt̄ fuisse grauissimū. g̃ ⁊ hoc
peccatū. 2° arguūt. quia Hieroꝰ dicit
in quadā ep̄la. Quid tibi cū feminis q̇
ad altare cū dn̄o fabularis? Dic sacer-
dos dic clerice qualit̄ cum eisdē labijs
filiū dei oscularis: quibus osculatus es
filiā meretricis? O Juda osculo filiū
hominis tradis. Ex quibus v̄bis videt̄
ꝙ fornicator accedens ad mensam xp̄i
peccat sicut peccauit Judas pctō enor-
mi ⁊ grauissimo. R̄ndet tamē Tho. vbi
sup̄. ꝙ aliquod pctm̄ pōt dici grauius
alio dupliciter. vno modo p se. alio mō
p accidens. Per se quidē s̄m rōnem sue
speciei: que attendit̄ ex pte obiecti. ⁊ s̄m
hoc quāto id ꝯ qd peccat̄ est maiꝰ: tanto
peccatū est grauius. ⁊ q̄a diuinitas xp̄i
est maior humanitate ipsiꝰ: ⁊ ipsa hu-
manitas est potior q̄ sacra humanitat̄
Jnde est ꝙ grauissima peccata sūt que
cōmittunt̄ in ipsam diuinitatē: sicut est
peccatū infidelitat̄ ⁊ blasphemie. Se-
cundario aūt sunt grauia peccata que
cōmittunt̄ in humanitatē xp̄i. Tertio
aūt loco sunt peccata que comittunt̄ ꝯ
sacra que ptinent ad humanitatem xp̄i
Et post hoc sūt alia pctā contra puras
creaturas. Per accidens autē vnū pec-
catū est grauius alio ex pte peccantis:
puta peccatū quod est ex ignorantia uł
infirmitate leuius ē pctō qd ē ex ꝯtēptu
uel ex certa scientia. Et eadē ratio est de
alijs circūstantijs. Scdm̄ hoc ergo coi-
care in pctō mortali in quibusdā potest
esse grauius. sicut in his qui ex actuali
contemptu in cōscia pcti ad hoc sacrm̄
accedunt. Jn quibusdā v̄o minꝰ graue
puta in his qui ex quodā timore ne de-
prehendant̄ in pctō cum cōscia pcti hoc
sacramentū suscipiant. Sic ergo patet
ꝙ hoc pctm̄ ē multis alijs grauius s̄m
suā sp̄em: nō tn̄ oiuꝫ grauissimū. Ad
primū ergo dicendū ꝙ peccatū indigne
sumentiū hoc sacrm̄ compatur peccato
occidentiū xp̄m s̄m similitudinem. quia
vtrūq̧ cōmittit̄ cōtra corpus xp̄i. nō tn̄
s̄m criminis quātitatē. Pctm̄ eni occi-
dentiū xp̄m fuit multo grauius. Primo
quidē quia illud peccatū fuit cōtra cor-
pus xp̄i in sua specie propria. hoc aūt ē
contra corpus xp̄i in specie sacramenti
Secundo quia illud peccatū pcessit ex
intentiōe nocendi xp̄o. nō aūt h̄ pctm̄.
Similiter fornicator accipiēs corpus
xp̄i cōpat̄ Jude osculanti xp̄m q̄tū ad
similitudinē criminis. quia vterq̧ ex si-
gno caritatis xp̄m offendit. nō tamen
q̄tuꝫ ad criminis quātitatē. Hec tamē
similitudo non minus cōpetit alijs pec-
catoribus q̄ fornicatoribus. nam ⁊ p
alia pctā mortalia agit̄ contra caritatē
xp̄i: cuius signū ē hoc sacrm̄: tanto ma-
gis quāto peccata sūt grauiora. Scdm̄
q̄d tn̄ peccatū fornicatiōis magis red-
dit hominē ineptū ad pceptionē huius
sacramenti. ineptū. s. p hoc peccatū sp̄us
maxime carni subijcit̄. ⁊ ita impedit̄ fer-
uor dilectiōis qui requirit̄ in hoc sacr̄o
Plus tamē ponderat impedimētū ipsiꝰ
caritatis q̄ feruor eius. vnde etiā pec-
catum infidelitatis: quod fundit̄ꝰ sepat
hominē ab ecclesie vnitate simplicit̄ lo-
quendo maxime hominē ineptuꝫ reddit
ad susceptionē huius sacramenti. vnde
grauius peccat infidelis accipiens hoc
sacramentū q̄ peccator fidelis. ⁊ magis
contemnit xp̄m s̄m ꝙ est sub hoc sacr̄o
presertum si nō credat xp̄m vere sub hoc
sacramēto esse. q̄a q̄tū ē in se diminuit
sanctitatē huius sacr̄i: ⁊ v̄tutē xp̄i ope-
rantis in hoc sacramento: quod est cō-
temnere ipsuꝫ sacramentū in seipso. Fi-
delis autē qui cum conscientia peccati
sumit contemnit hoc sacramentū nō in
seipso: s̄ q̄tū ad vsuꝫ indigne accipiēs.

De potestate cōsecrandi concessa sa-
cerdotibus rite ordinatis s̄m formam

nota

eccleſie: qui ſoli conficere poſſunt.

Capitulum. 3.

Tertium myſteriū qđ apl'us annotauit dicitur conſecrationis. ibi. Hoc facite in meā cōmemorationē. In quibus verbis ſm Fran. data fuit poteſtas conſecrandi aplis: q ut dictū eſt in precedentibꝰ fuerūt tūc a xp̄o ordinati ſacerdotes. Sꝫ hic quatuor dubia adhuc occurrūt aperienda. Primū. vtrū angeli habeant ptātem conſecrandi. Et reſpondet Alex. in. 4. ꝙ non. eo ꝙ deus talem poteſtatē ipſis nō dedit. ⁊ hoc congrue. Primo qa virtꝰ tranſubſtantiandi elementū in corpus xp̄i ⁊ ſanguinē data eſt verbo ſenſibili vnde cuius eſt proferre verbū ſenſibile: eius eſt miniſterialiter mediante verbo tali conſecrare. Inquit eni Augꝰ. i. q. i. in. c. detrahe. Accedit verbū ad elementum ⁊ fit ſacramentū. Secunda rō ē qa ſi ſacra miniſtrarenť homini p angelos. eſſet homo in ſua reparatione ſubiectus angelice nature: ⁊ ſic nō eſſet per xp̄m ſolū reſtitutus in priſtinā dignitatem. Secundū dubiū. vtꝝ aliqs non ſacerdos poſſit conſecrare. Et rn̄deo ꝙ non. imo ſi omnes hoīes mundi non ſacerdotes eſſent ſcī ⁊ iuſti: ⁊ p annos ⁊ annos dicerent verba ꝯſecrationis ſup debita materia cum intentiōe ꝯſecrandi nunꝙ̄ conſecrarent. Ideo ſcribiť de ſū. tri. ⁊ fi. ca. c. i. Hoc vtiqꝫ ſacramentū nemo poteſt conficere niſi ſacerdos q rite fuerit ordinatus ſm claues eccl'ie: quas ipſe conceſſit apl'is eorūqꝫ ſucceſſoribus ih̄s xp̄s. ⁊ eccl'ia cantat ſic. ſacrificiū iſtud inſtituit: cuius officiū cōmitti voluit ſolis preſbyteris quibꝰ ſic ꝯgruit: ut ſumāt ⁊ dent ceteris. Et. 25. di. in. c. perlectis. diciť. Ad preſbyterū pertinet ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis dn̄i in altare dei cōficere. Tertiū dubiū. vtrū ſacerdotes mali ⁊ peccatores poſſint conſecrare. Et rn̄det Bon̄. in. 4. di. 13. ꝙ ſic. quia officiū conſecrādi nō eſt ex propria ſanctitate: ut quidam heretici dicunt: ſed ex auctoritate. Tho. vo in. 3. parte. q. 82. ait. Nō ex hoc ipſo aliqs deſinit eſſe miniſter xp̄i ꝙ eſt malus: quia dn̄s habet bonos ⁊ malos miniſtros: qui cum auctoritatē habent conſecrandi: conſecrare poſſunt. Unde Augꝰ. i. q. i. c. intra. ait. Intra catholicā eccleſiā in miſterio corpis ⁊ ſanguinis dn̄i: nihil a bono maius: nihil a malo minus pficiť ſacerdote: qa non i merito conſecrantis: ſed in vbo pficiť creatoris ⁊ in virtute ſpūs ſancti. Ad idem eſt. c. vt euidenter. c. pphe. c. cum ſcriptura. c. mlti ſeculariū. ⁊. c. ſacerdotes. Quartū dubiū. vtrū ſacerdotes heretici. ſciſmatici. excoicati ul' degradati poſſint cōficē. Et rn̄det Bon̄. in. 4. diſ. 13. ꝙ aliq voluerūt diſtinguē ꝙ ſacerdotes mali quidam occulti ſūt mali: ⁊ tales poſſūt cōſecrare. Alij vo ſunt manifeſte mali ⁊ ab eccleſia preciſi: ſicut heretici: ⁊ alij predicti: ⁊ tales nō poſſunt. Et ad hoc allegant dictum Aug. i. q. i. c. extra catholicam. Extra catholicam eccleſiā nō eſt locus veri ſacrificij. Et Hieronymꝰ i c. odit. qui dicit. Odit dominꝰ ſacrificia hereticorū: ⁊ a ſe proijcit. ⁊ quotiens in nomine eius cōgregati fuerint deteſtať fetorē eorū: ⁊ claudit nares ſuas. Habent etiam ibi. c. nō oportet. Sed tamen poſitio iſta falſa eſt: ut patebit. Ideo dicendum ⁊ melius ꝙ ſacerdotes omnes prenominati conſecrare poſſunt: quia poteſtas ꝯſecrandi eukariſtiam ut inqt Tho. ⁊ omnes theologi pertinet ad caracterē ſacerdotalis ordinis. Caracter autē indelebilis eſt. Ideo dicendū ꝙ i ſacramēto duo attēdunť. ſ. ſacramēti veritas que conſiſtit ꝙ̄tum ad rem primā: ⁊ ſacramenti vtilitas: que conſiſtit ꝙ̄tum ad rem vltimā: que eſt incorporatio uel vnio: ꝙ̄tū ad corpus myſticū. Si de veritate ſacramēti loquamur veritas ſaluatur vbi ex parte miniſtri eſt ordo ⁊ intentio. ⁊ verbi prolatio: cū adeſt debitū elementū. Si aūt loquamur ꝙ̄tū ad vtilitatē. dicendū ꝙ ſacerdos bonꝰ ꝯficit ad vtilitatē ſuā ⁊ aſſiſtentiū

Malus occultus ad damnū suū tm̄: nihilominꝰ ad vtilitatē assistentiū qui deuote audiunt missam. Sed precisus ⁊ hereticus ad damnationē suā: ⁊ oīū assistentiū. Quia ergo in precisis ⁊ hereticis manifestis priuatur sacramentū omni fructu: quis sit ibi corpꝰ xp̄i verū. Ideo loquūt sacri canones ipsoꝝ sacrificia detestantes nō rōne opati operis: sed damni. Ric. ꝑo in .4. dicit ꝙ prefatos sacerdotes posse hoc sacrificiū ꝯficē intelligitur dupliciter. aut de iure: aut de facto. Primo modo nō omnis sacerdos potest hoc sacramentū conficere: qa nec irregularis nec suspensus: nec interdictus: nec excoicatus: nec scismaticꝰ: nec hereticus: nec degradatus h̄ sacrm̄ potest de iure cōficē: qa cuilibet p̄dictoꝝ prohibitus est potestatis sacerdotalis vsus. vnde conficiendo grauissime peccant. Secūdo modo .s. de facto quilibꝫ ipsorū potest ut predictū est. Cōsiderēt itaqꝫ laici quanta ē sacerdotalis dignitas: quanta sacerdotibus data est ptās Non sint ipsi sacerdotum iudices: ⁊ ex consequenti sacramentorū contemptores. de quo plenius diximus i opere de virtutibus. Venerentur ⁊ colant illos ut patres: ut dominos ⁊ tanti sacramēti ministros. Preparent se omnes cū oī humilitate ⁊ reuerentia ad sacrā coionem de illorū manibus suscipiendam. Ipsi ꝟo sacerdotes studeant ꝓ viribus nitorem mentis ⁊ anime conseruare: viuereqꝫ munde ⁊ caste: ut sic digne conficere possint ⁊ dispensare fidelibꝰ absqꝫ proprio detrimento: imo cum merito ⁊ benedictione dei sacratissimū corpꝰ filij eius dn̄i nostri ih̄u xp̄i: qui est benedictꝰ ⁊ laudabilis per infinita secula seculorum. Amen.

Feria quinta i cena domini. de exemplis a christo nobis exhibitis: in quibꝰ eum sequi debemus ⁊ precipue tempore sacre eukaristie communionis.

Sermo. 66.

Exemplum

caput. ⁊ maxime facies: quia i ea vigēt
sensus. Uñ credo ꝙ si caput pueri ba-
ptiçaretur anteq̄ pars corporis exeat:

quod aliquãdo faciendũ est.ꝓpter peri-
culum mortis.puer baptiçatus est. Si
ꝟo manus uel pes abluat̃ anteq̃ aliq̃
pars alia appareat: volũt aliqui dicere
ꝙ puer baptiçatus esset: quia anima ẽ
i qualibet parte corpis tota. Cõmuni⁹
tamẽ tenet̃ ꝙ de lege cõi nõ esset bapti-
çatus:ꝗuis forte diuina pietas in tali
casu vicem suppleat baptismi.⁊ ideo sꝑ
qñ ꝑiculũ mortis iminet abluendũ est
illud de puero qȯ pȏt ablui siue sit paꝝ
siue sit multũ.hec Ric. Dubitat̃ adhuc
a multis An imersio effusio uel aspsio
debeat esse vna uel trina. Et rñdẽt doc.
supius noiati ꝙ vnitas uel multitudo
imersionũ nõ est de substãtia baptismi:
sed solum de bene esse.ideo vtrũq̧ licite
fieri pȏt.s.semel ⁊ ter immergẽ.q̇a vnica
imersione significat̃ vnitas mortis xp̄i
⁊ vnitas diuinitatis. Per trinã autem
imersionem significatur triduũ sepul-
ture xp̄i.⁊ etiã trinitas ꝑsonarũ. Sed
ut dicit Tho.diuersis ex causis ꝰm ordi
nationẽ ecclesie quãdoq̧ institutus est
vnus modus: quãdoq̧ alius.quia eni
a principio nascentis ecclesie quidã de
trinitate male sentiebant:xp̄m purũ ho-
minẽ estimantes: nec dei filiũ dictũ ꝰm
veritatẽ nature:ꝧ tm̃.ꝓpter meritũ eius
quod precipue fuit in morte. ideo non
baptiçabant in noie trinitatis: sed i cõ-
figuratiõe mortis xp̄i.⁊ vna imersiõe:
quod reprobatũ fuit i primitiua ecc̃lia:
statutũq̧ ut baptiçaret̃ in noie p̄ris ⁊c̃.
⁊ tunc imergendo.sicut patet de ꝯse.di.
4.c.postq̧ vos.⁊.c.si q̇s ep̄us aut p̄sbr
⁊.c.de trina.⁊.c.eodẽ modo.⁊.c.multi.
Postmodũ ꝟo inoleuit quorũdã here-
ticoꝝ ⁊ scismaticoꝝ error.qui ꝰm Aug
sup Job.male sentiebant de vnitate di-
uinitatis. ideo in detestationẽ erroris
eorũ fuit statutũ in cõcilio Tholetano
ut vna tm̃ fieret imersio. sicut habet̃ de
conse.di.4.c.ꝓpter vitãdũ. Sꝫ cessante
tali causa coiter obseruat̃ in baptismo
trina immersio.ut potest colligi extra de
baptismo ⁊ ei⁹ effectu.c.i.⁊ ideo grauit̃
peccaret aliter baptiçans quasi ritũ ec-
clesie non obseruans: nihilomin⁹ tamẽ
esset baptismus. Occurrit autẽ ꝓpt̃ di-
cta dubitare circa talẽ casũ. Quidã exi-
stens sup pontẽ nõ potens habere aquã
ad baptiçandũ puerum. ⁊ verisimiliter
timens eũ cito moriturũ intendẽs ꝓui-
dere saluti pueri:ꝓijcit eum in aquã cũ
intentione baptiçandi ꝓferens ꝟba: in
q̇bus cõsistit debita forma. postea puer
euadit aliquo casu:vtꝝ talis debeat re-
putari baptiçatus. Et aliquibus videt̃
ꝙ sic.quia ibi concurrũt debita forma:
debita mat̃ia:⁊ debita intentio. Ric.aũt
di.4.q̄rti tenet ꝯ̃riũ.qm̃ cũ ꝓxima mã
baptismi sit ablutio in aqua: qȯ aqua
abluit̃: primo aqua coopit̃ in toto uel
i parte.⁊ postea discoopit̃. vñ ꝓpt̃ ꝑmũ
baptismus representat xp̄i sepulturã.⁊
ꝓpter secundũ resurrectionẽ. ꝗuis aũt
puer in casu predicto ꝑ actũ illius qui
ipsũ ꝓiecit in aquã imergat̃. nõ tamẽ ẽ
actus ordinatus ex sui natura ad ħ ut
puer abluatur:sed ad hoc ut submergat̃
Et ideo si aliquo casu puer extrahatur
de aqua puer esset baptiçãdus :qm̃ illa
imersio q̄ptũ fuit ex sui natura nõ ordi-
nabatur ad eleuationẽ pueri de aqua
sed ad submersionẽ. Tertio circa ba-
ptismũ cõsiderem⁹ forme obseruationẽ.
Est.n.forma baptismi: Ego te baptiço
in noie patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti.ut
habet̃ extra de baptismo.c.i. Et ut dicũt
doc.nulli licet mutare aliquid q̄ptũ ad
illud qȯ est de essentia forme.⁊ si mutat̃
nihil agit̃.⁊ vltra hoc culpa incurritur.
Si autẽ aliquid qȯ ꝑtinet ad formã ex
sola determinatiõe ecc̃lie mutat̃:nihilo-
minus est sacrm̃: sed culpa incurritur.
Uerũ ab ap̄lis qui baptiçabãt in noie
dñi ih̄u.ut habet̃ Act̃.8.c. nõ fuit mu-
tata forma q̄ptũ ad intellectũ.q̇a i noie
xp̄i tota trinitas intelligit̃.sed solũ q̄ptũ
ad vocẽ.nec hoc ipsi potuissent nisi ex fa-
miliari cõcilio sp̄us sci. Et ħ fuit ut dic̃
Tho.ut nomen xp̄i qȯ erat odiosum iu-
deis ⁊ gentibus honorabile redderetur.
Nec pȏt dari baptismus.d. In nomine
trinitatis non exprimendo ꝑsonas.nec

in noie vnius ꝑsone. non exprimendo
alias: qm̄ sacra habẽt efficaciã ab insti-
tutiõe xp̄i. ⁊ ideo si pretermittat̃ aliquid
eorū que xp̄us instituit circa aliquod
sacr̃m efficacia caret: nisi ex sp̄ali dispen
satione eius qui virtutẽ suam sacris nõ
alligauit. Xp̄us aũt instituit sacr̃m ba-
ptismi dari cũ inuocatiõe trinitatꝭ: ⁊ iõ
q̇cq̇d deest ad inuocationẽ plenã trinitatꝭ
tollit itegritatẽ baptismi. Nec obstat ꝙ
in noie vniꝰ ꝑsone intelligat̃ alia sicut i
noie patris intelligit̃ filius: aut ꝙ ille q̇
noiat vnã solã ꝑsonã potest habẽ rectã
fidẽ de tribꝰ: q̇a ad sacr̃m sicut requirit̃
materia sensibilis: ita ⁊ forma sensibil̃.
vnde nõ sufficit intellectꝰ uel fides trini-
tatis ad ꝑfectionẽ sacramẽti nisi sensibi
libus verbis trinitas exp̄mat̃. vnde ⁊ in
baptismo xp̄i vbi fuit origo sc̃tificatio
nostri baptismi affuit trinitas sensibili-
bus signis. s. pater in voce. filiꝰ in hũana
natura. ⁊ sp̃us sc̃us i colũba. Notandũ
tñ ut inquit Tho. qñ greci baptiçant in
noie patris ⁊ filij ⁊ sp̃us sancti. tñ dicũt
baptiçet̃ seruus xp̄i: ⁊ non ego te bapti
ço. qd̓ ipsi faciũt ad euitandũ antiquoꝝ
errorem qui virtutem baptismi baptiste
attribuebant. d. Ego sum Pauli. ego
Cephe. ⁊ nihilominꝰ quia in illa forma
exprimit̃ actus exercitatus ꝑ ministrũ
cum inuocatione plena trinitatis: verũ
ꝑficit̃ sacramentũ. qm̄ ego nõ est de sb̃a
forme: sed ponit̃ ad maiorẽ expressionẽ
intẽtiõis. Nec sufficit verba corde cogi-
tare nisi vocalit̃ exprimant̃. quia ut inq̇t
Boñ. In vocali exp̄ssione verboꝝ signi-
ficat̃ ꝑfecta fidei ꝓfessio: que consistit in
verbo ⁊ in corde. Significat̃ etiã ꝙ re-
generatio facta est ꝑ verbũ incarnatũ:
qd̓ optime significat̃ per verbū voce in-
ductum. Hinc Augꝰ ait. i. q. i. c. detrahe
Detrahe verbũ. aqua q̇d erit nisi aqua?
Accedit verbũ ad elementũ: ⁊ fit sacr̃m
Unde ista tanta virtus aque ut corpus
tangat: ⁊ cor abluat nisi faciente v̓bo?
Et idẽ Augꝰ. Baptismꝰ inq̇t ẽ tinctio i
aq̃ v̓bo vite sanctificata. Propt̃ p̄dicta
ut plenior habeatur cognitio de forma

baptismi. sciendum est s̄m Ric. ⁊ Boñ
ꝙ forma põt variari sex modis. Primo
subtrahẽdo. Secundo addẽdo. Tertio
iterpõnẽdo. Quarto corrũpẽdo. Quin-
to v̓bũ ꝓ v̓bo ponẽdo. Sexto trãsponẽ-
do. Primo variat̃ forma subtrahẽdo
Et quãtũ ad hoc sciendũ ꝙ si subtrahit̃
aliquid de essentia forme non remanet
virtus baptismi. Et quia tota ista pars
In noie patris ⁊ f. ⁊ s. s. ꝑ quã exp̄mit̃
p̄ncipalis baptiçans ⁊ sanctificat̃ ele-
mentũ: est de essentia forme. ideo si de h̄
subtrahat̃ aliquid non remanet virtus
baptismi. In alia aũt ꝑte forme que est:
Ego te baptiço. sunt aliqua ꝑtinẽtia ad
essentiã forme. s. exp̄ssio actus baptiçã-
di. ⁊ persone baptiçate. eo ꝙ i illa termi-
nat̃ baptiçandi actus. Unde si aliquod
p̄dictoꝝ subtrahat̃ nõ remanet virtꝰ ba
ptismi. Exp̄ssio aũt ministri nõ videt̃ esse
de essentia forme: quã xp̄us tradidit in
baptismi istitutiõe. q̇a a ministro baptis-
mus nõ habet v̓tutẽ. 2ᵒ variat̃ forma
addendo. Et ut ait Ric. circa hoc ꝯside-
randa sũt duo. vnũ ex ꝑte addẽtꝭ. aliud
ex ꝑte additi. Si. n. addens illud qd̓ ad-
dit intẽdit esse de essentia forme volens
baptiçare i alia forma q̃ꝫ baptiçaret ec-
clesia tollit̃ virtꝰ baptismi. ad quã req̇rit̃
ꝙ baptiçans intendat facere quod facit
eccl̃ia. si etiã illud qd̓ addit̃ ẽ corrupti-
uũ forme nõ remanet virtꝰ baptismi. ut
si postq̃ꝫ dictũ est: ⁊ sp̃us sancti: addat̃
hiꝰ determinatio: creati: uel minoris q̃ꝫ
pat̃ ⁊ filiꝰ ⁊ hiꝰ. Si aũt addẽs nõ inten-
dat mutare ritũ ul̃ formã eccl̃ie. ⁊ illud
qd̓ addit non est corruptiuũ forme. non
tollit̃ ꝑ hoc virtꝰ baptismi. vnde si bapti
çãs terminata forma qua vtit̃ ecclesia
suꝑaddit illud: ⁊ beata virgo adiuuet te
aut aliquid cõsimile. uel si in principio
forme addat nomẽ ꝓpriũ: post h̄ ꝓno-
men ego. dicẽdo: Ego Johes baptiço
te. ⁊c̃. nõ tollit̃ virtꝰ baptismi. Tertio
variat̃ forma interponẽdo seu iterrum-
pendo. Et circa h̄ aduertẽdũ ꝙ cũ actꝰ
baptiçãdi sit actꝰ vnꝰ: si fiat interposi-
tio talis que corrũpat vnitatem actus

⁊ maxime si corrumpat ꝯtinuitatē intē-
tionis baptiçantis nō remanet virtus
baptisimi. vnde si baptiçās postꝙ̃ dixit:
Ego te baptico i noie patris: interponat
vnā longā narrationē: uel vadat ad fa
ciendū aliqȯ negociū: ⁊ postea reuertat̄
⁊ dicat. ⁊ f. ⁊ s. s. nō est puer baptiçatꝰ.
Si autē interpositio sit modica: ita. s. ꝙ
nō discontinuet intentionē baptiçātis:
neqꝫ actū ꝭm vsū coēꝫ. ⁊ interpositū nō
sit forme corruptiuū. nō ꝓpter h̄ impe-
ditur virtus baptisimi. Vn̄ si baptiçās
postꝙ̃ incepit actū tusciat: uel dicat ta-
ceatis uel aliqd simile. ⁊ postea ꝑficiat:
non ꝓpter hoc impedit̄ virtus baptisimi
Quarto variat̄ forma corrūpendo. ⁊
tunc si corruptio verborū sit talis ꝙ nō
remaneat eadē significatio: nec ꝭm in-
stitutionē prime impositiōis nec ꝭm ac-
comodationē vsus: impedit̄ virtus ba-
ptisimi. Si aūt sit talis ꝙ ꝗ̄uis non re-
maneat significatio ꝭm institutionē pri
me impositionis: remanet tn̄ ꝭm acco-
modationē vsus: Tūc si nō fiat tal' cor-
ruptio ex malicia uel derisiōe: ſ ex igno
rantia uel defectu lingue: nō ꝓpt̄ h̄ im-
peditur virtꝰ baptisimi. Vn̄ de cōse. di. 4.
c. retulerūt. Zacharias papa Bonifa-
cio ep̄o ita scribit. Retulerunt nuncij ꝙ
fuerit in eadem ꝓuincia sacerdos qui
latinā linguā penitꝰ ignorabat. ⁊ dū ba
ptiçaret nesciēs loqui latine infringēs
linguā dicēt. Baptiço te in noie pr̄ia ⁊
filia ⁊ spūs sanctia. ⁊ p hoc tua reuerē-
da scitas ꝯsiderauit eos baptiçare: sed
scissime frater. si ille q̇ baptiçauit nō er-
rorem inducens aut heresim: sed ꝓ sola
ignorantia rōne locutiōis infringēdo
linguā. ut s̄ diximꝰ h̄ baptiçās dixisset:
nō possumꝰ ꝯsentire ut denuo baptiçet̄.
5° variat̄ forma v̄bū ꝓ v̄bo ponēdo. ⁊
tūc si accipiat̄ v̄bū ꝓ sua mā̃ q̄ ē vox. po
nē v̄bū ꝓ v̄bo nō impedit v̄tutē baptis-
mi: q̇a in qualibꝫ lingua licitū ē bapti-
çare ꝗ̄uis male facēt latinꝰ si baptiça-
ret i lingua greca ul' hebrea: nisi ex aliq̄
casu impitiā lingue latine icurrisset: ⁊ i
linguis alijs eēt ꝑitꝰ. Si autē accipiat̄
v̄bū ꝓ sua mā̃ ⁊ forma sil'. ul' sua forma
tm̄: cū forma v̄bi sit significatio. ponere
v̄bū ꝓ v̄bo existi de eēntia forme: impe-
dit v̄tutē baptisimi: q̇a tal' mutatio cor-
rūpit formā. Vn̄ si diceret̄: In noie ge-
nitoris ⁊ geniti. nō eēt baptismꝰ: eo ꝙ p
nomē pr̄is ⁊ nomē filij significātur ipse
ꝑsone principalit̄. ꝑ genitorē aūt ⁊ geni-
tū significant̄ actꝰ notionales. 6° va
riatur forma tn̄sponēdo. ⁊ tūc si fiat tal'
trāspositio q̄ mutet sensū orōnis quam
hꝫ ex vi ordinis v̄borū impedit̄ v̄tꝰ ba-
ptisimi. ut si dicat̄: Ego pr̄is ⁊ filij bapti
ço te in noie spūs sci. q̇a ex vi istiꝰ ordi-
nis v̄boꝝ sensus ē. Ego q̇ sū pr̄is ⁊ filij
⁊c̄. ⁊ hoc qȯ dico: in noie: nō accipit̄ nisi
respcū spūs sci. Si aūt tn̄spositio nō mu
tat significationeꝫ orōnis: quā hꝫ ex vi
ordinis v̄boruꝫ. tūc dico ꝙ si nō fiat ex
malicia: sed ex ignorātia. nō impeditur
v̄tus baptisimi. Si autē fiat ex malicia
impedit̄ propter defectū intentionis in
baptiçante.

Qualiter omnes tenent̄ baptiçari de
necessitate. ⁊ de potestate baptisman̄. ac
de conditionibus que seruari debent in
baptismo. Caplm. z.

SEcūdū mysterium de baptismo
declarādū dr̄ obligatiōis: in q̄
tria adhuc hatemꝰ nō imerito
exq̇rere ⁊ ꝯsiderare ad h̄ ut ꝑs ista dilu-
cidior appeat. ꝑ̄ ꝯsiderabimꝰ ptātē. z°
necessitateꝫ. 3° q̄litatē. ꝑ̄ cōsideremꝰ
baptismi ptātē. q̇s. s. ptātē habeat bapti
çādi. ⁊ circa h̄ q̄nqꝫ dubia solēt emergē
Primū. vtrū ad diaconū ꝑtineat ba-
ptiçare. Et arguūt quidā ꝙ sic. ꝑ̄ q̇a sil'
iniūgit̄ a dn̄o officiū baptiçandi ⁊ ꝑ̄di-
candi. ꝭm illud Math. vlt̄. Eūtes do-
cete ⁊c̄. ſꝫ ad officiū diaconi ꝑtinet euā-
geliçare. ḡ videt̄ ꝙ etiā ad officiū diaco
ni ꝑtineat baptiçare. z° arguunt. quia
btūs Laurētiꝰ cū esset diaconꝰ pl'es ba-
ptiçauit. Sed ꝯ̄ est qȯ dicit Gelasius
papa. 93. di. c. diacones. vbi ait. Diaco-
nes ꝓpriā constituimꝰ obseruare mēsu-
rā: nec vltra tenorē paternis canonibꝰ
deputatū quippiā tēptare permittimus

Et.i. Absq; epo uel presbytero bapti-
çare nō audeant. nec predictis ordini-
bus fortasse longius constitutis neces-
sitas extrema cōpellat. Ad idē est tex.
de conse.di.4.in.c.ꝯstat. Pro solutiōe ḡ
ꝑsentis dubij rn̄det Tho.3.pte.q.67.ꝙ
sicut celestiū ordinū proprietates ⁊ eoꝝ
officia ex eorū noibus accipiuntur: ut
dicit Dioꝰ in li. de cele.bierar. ita etiā ex
noibus ecclesiasticorum ordinū accipi
potest quid ad vnūquēq; ꝑtineat ordi-
nem. Dicunť aūt diacones quasi mini-
stri: qa ad eos nō ꝑtinet aliquod sacr̄m
principaliter: ⁊ quasi ex proprio officio
prebeť: sed ministeriū adhibere alijs ma
ioribus in sacramētorū exhibitione. sic̄
habeť. 93.di.in.c.diaconi.i.c.nō oportz
⁊ in alio.c.diaconi. ⁊ in.c.legimꝰ. ⁊ i.c.
dn̄s. Quare ad diaconū nō ꝑtinet q̄si
ex proprio officio tradere sacramētum
baptismi: sed in collatione huiꝰ sacr̄i ⁊
aliorū assistere ⁊ ministrare maioribus
Hinc Isidorus li.2. de officijs ait. Ad
diaconū ꝑtinet assistē ⁊ ministrare ma-
ioribus sacerdotibꝰ in oibus que agūť
in sacramētis xp̄i i baptismo. s. in chris-
mate. in patena. ⁊ calice. Ad primū ḡ
dicendū ꝙ ad diaconū ꝑtinet recitare
euangeliū in ecclesia: ⁊ predicare ipsuz
postmodū cathetiçandis. Unde ⁊ Dioꝰ
dicit ꝙ diaconi habēt officiū suꝑ īmū-
dos. inter quos ponit cathecuminos. Ꝟ
docere. i. exponere euangeliū ꝑtinet ꝓp̄e
ad episcopū. vn̄ nō seq̇ť ꝙ ad diacones
ꝑtineat officiū baptiçandi. Beatus ꝓo
Laurentius baptiçauit necessitatis cā.
Secundū dubiū est. vtruz baptiçare
sit officium presbyterorū. Et respondet
Tho. ꝙ sic. eo ꝙ sacerdotes ad hoc cōse-
crantur ut sacramentū corporis xp̄i cō
ficiant. Illud aūt est sacramentū eccl'ie
vnitatis. Per baptismuz aūt aliquis fit
ꝑticeps ecclesie vnitatis. quia ianua est
⁊ fundamentū aliorū sacramentorū ut
diciť de conse. di.4.c.cuz itaq;. Unde ⁊
baptiçatꝰ accipit ius accedendi ad mē-
sam domini: quia sine baptismo alia sa-
cramēta cōferri nō pn̄t. ut habeť.i.q.i.c
si q̇s ꝑ ignorantiā. Ideo sicut ad sacer-
dotem ꝑtinet consecrare eukaristiaz: ad
quod principaliter ordinať sacerdotiū:
ita ad propriū officiū sacerdotis ꝑtinet
baptiçare. Eiusdē eni videť esse operari
totum ⁊ partem in toto disponere. Et si
diceretť ꝙ solū episcoporū est baptiçare
quia ipsorū est docere ut dicit Dioꝰ in li.
eccl'iastice hierar. Rn̄det Tho. ꝙ offi-
cium docendi ⁊ baptiçandi dn̄s apl'is
iniunxit: quorū vicem gerūt ep̄i. aliter
tamē ⁊ aliter. Nam officiū docendi cō-
misit eis xp̄s: ut ipi per se illud exercerēt
tanq̄ principalissimū. Unde ⁊ ipsi apl'i
dixerūt Actu.6. Nō est equū nos dere-
linquere verbū dei: ⁊ ministrare mēsis.
Officiū autē baptiçandi cōmisit apl'is
ut ꝑ alios exercenduz. Unde.i. Cor.i.
dicit apl's. Non eni misit me xp̄s bapti-
çare: sed euangeliçare. ⁊ hoc ideo quia
in baptiçando nihil oꝑatur meritum ⁊
sapientia ministri: sicut in docēdo. nec
tamē ꝑ hoc excludiť quin episcopi pos-
sint baptiçare. Nā ⁊ apl's dicit se quos-
daz baptiçasse in epl'a vbi suꝑ. Ter-
tiū dubiū. vtrū laicus possit baptiçare.
Et rn̄deť ꝙ ad misericordiam eius qui
vult omnes hoies saluos fieri ꝑtinet ut
in his que sunt de necessitate salutis hō
de facili remediū iueniat. Inter omnia
autē alia sacramēta maxime necessitatꝪ
est baptismꝰ: qui est regeneratio hois i
vitam sp̄ualem: quia pueris aliter sub-
ueniri nō potest: ⁊ adulti nō possunt aliť
q̄ ꝑ baptismū plenā remissionē ꝯsequi
⁊ q̄tum ad culpam. ⁊ q̄tum ad penā.
Et ideo ut homo circa remediū tam ne-
cessariū defectiuū pati nō possit. institu-
tum est ut etiā laicus iminente necessi-
tate baptiçare possit. ut habeť de conse.
di.4.c.constat. ⁊.c.in necessitate. Non
debet tamē laicus facere illa sacramen-
talia baptismi q̄ faciūt sacerdotes: que
ꝑtinent ad solennitatē: nō aūt ad neces-
sitatem baptismi. ⁊ ideo solum a sacer-
dote fieri debent. cuius est solenniter ce-
lebrare. Quartū dubiū est. vtrū mu-
lier possit baptiçare. Et respondet Tho.

ꝙ sicut nec laicus debet baptiçare pn̄te
clerico: nec clericus pn̄te sacerdote: ita
⁊ femina non debet baptiçare nō soluȝ
p̄sente clerico uel sacerdote: sed nec etiā
presente viro siue masculo. In necessi-
tatis tamē articulo potest absq̄ solēni-
tate baptiçare. ut habet̄ de cōse. di. 4. c.
mulier. Quintū dubiū est. vtrū ille q̇
nō est baptiçatus possit baptiçare. Re-
spondet Tho. ꝙ ꝑ ecclesiam determina-
tum est ꝙ non baptiçati siue sint iudei
siue pagani possunt baptismi sacramē-
tum conferre. dūmodo in forma ecclie
baptiçent. ut patet de ꝯse. di. 4. in. c. ro-
manus pontifex. ⁊ in. c. a quodam. Si
autē forma ecclesie nō fuerit obseruata
sacramentū baptismi nō confertur. Et
sic intelligendū est illud Greḡ. secundi
in. c. q̄s a paganis. de cōse. di. 4. Quos
a pagnis baptiçatos asseruisti. s. ecclie
forma nō obseruata: ut denuo baptiçes
in nomine trinitatis mandamus. No-
tandū aūt ꝙ si talis baptismus a paga
no siue infideli suscipitur necessitate vr-
gente debite fit. Si ꝟo extra articulum
necessitatis hoc fieret: vterq̄ grauit̄ pec-
caret. s. baptiçans ⁊ baptiçatus. ⁊ ꝑ h̄
impediret̄ baptismi effectus: licet nō tol
leretur ipsum sacramentū. Et si diceret̄
quō ille qui nō est baptiçatus cum nō
sit minister ecclesie pōt baptiçare? Re-
spondetur ꝙ ille qui non est baptiçatus
q̄uis nō ꝑtineat ad ecclesiam re uel sa-
cramento. potest tamen ad eam ꝑtinere
intentiōe ⁊ similitudine actus. inq̄tuȝ
s. intendit facere quod facit ecclesia. ⁊
formaȝ ecclesie seruat in baptiçando. ⁊
sic opat̄ tātū exteri⁹ ut minister xp̄i: qui
interius baptiçat. ut notatur de ꝯse. di.
4. c. si inter bonos. ⁊ c. baptismus. ⁊. c.
cum baptiçat. Secundo considere-
mus baptismi necessitatē. Et circa hoc
quinq̄ adhuc dubia sūt aperienda. P̄
vtrum omnes teneantur ad susceptio-
nē baptismi. Et respondet̄ ꝙ post diuul-
gationē institutiōis eius omnes tenēt̄
baptiçari. Un̄ Aug⁹ de fide ad Petrū
dicit illud quod scribit̄. 15. q. i. in. c. velis
firmissime. Firmissime tene: ⁊ nullaten⁹
dubites: exceptis illis qui pro xp̄i noīe
suo sanguine baptiçātur nulluū homi-
nem accepturum vitam eternam: q̇ nō
hic amabilis suis fuerit per penitentiaȝ
fidemq̄ conuersus. ⁊ per sacramētum
fidei ⁊ penitentie. i. per baptismum libe-
ratus. Et Criso⁹ idem dicit in senten-
tia de consecra. di. 4. c. nō potest. Tan-
te autem dignitatis est baptism⁹: ꝙ etiā
sanctificati in vtero debent baptiçari ut
inquit Bon̄. in. 4. di. 6. ⁊ hoc triplici ra
tione. Prima ratio est ꝓpter bonū obe-
dientie: quia deus precepit ut omnes
renascantur aqua. Secunda est ꝓpter
humilitatē. q̇a vnusquisq̄ debet se re-
putare pctōrem: ⁊ indigere xp̄i redem-
ptione. Tertia ratio est propter vnita-
tem: ut ab alijs membris xp̄i homo nō
discordet. Secundū dubiū vtrū sine
baptismo posset quis saluari. Et rn̄det
Tho. ꝙ sacramentū baptismi dupliciē
pōt alicui deesse. Uno modo ⁊ re ⁊ vo-
to. quod contingit illis qui nec bapti-
çantur nec baptiçari volunt: quod ma-
nifeste ad contemptū sacramenti ꝑtinet
q̄tum ad illos qui habent vsū liberi ar-
bitrij. ⁊ tales salutē consequi nō possūt
Alio modo potest sacramentuȝ baptis-
mi alicui deesse re sed nō voto: sicut cū
aliquis desiderat baptiçari: sed aliquo
casu preuenit̄ morte anteq̄ baptismuȝ
suscipiat. tal̄ aūt sine baptismo actuali
salutem consequi potest. Unde Amb°.
dicit de Ualentiniano q̇ cathecuminus
mortuus fuit: Quē regenerатur⁹ eram
amisi. verūtamē ille gratiā quā poposcit
non amisit. Et de hoc Aug⁹ de cōse. di.
4. in. c. baptismi. ita ait. Baptismi vicē
aliquādo implere passioneȝ de latrone
illo cui nō baptiçato dictum est: Hodie
mecum eris in paradiso: Beatus Cy-
prianus non leue argumentū assumit:
quod etiam atq̄ etiā considerans inue-
nio non tm̄ passionem pro nomine xp̄i
id quod baptismo deerat posse supplere
sed etiam fidem ⁊ conuersionem cor-
dis si forte ad celebrandum mysteriū

baptismi in angustijs tempoꝝ succurri
non pōt. hec ibi. Cui consonat notabile
dictū Inno. tertij. in. c. apl'icā. extra de
presbytero nō baptiçato. Propter ista
autē magister sententiarū ceteriq; theo-
logi distiguūt tria baptismata. Primū
vocant flaminis. s. spūs sancti: quo ba-
ptiçant hi qui baptiçari vellēt: ut dictū
est ⁊ nō possūt. Secūdū vocāt baptis-
mū fluminis. i. aque. de quo loquimur.
Tertiū dicūt baptismū sanguinis cū
quis nō valēs baptiçari aqua: patitur
ꝓ fide xp̄i ⁊ morit ꝓ confessiōe eius. cui
ianua celi apitur. ut dicit de cōse. di. 4.
c. cathecuminū. Et si obijceret ꝙ non ē
nisi vnū baptisma. iux illud ap'li Eph.
4. Unus deꝰ: vna fides: vnū baptisma.
Rn̄det Tho. ꝙ tria baptismata p̄dicta
vnū dici pn̄t ꝓpter vnitatē spūs sancti:
a quo habent ṽtutē ⁊ gratiā. Uel potest
dici ꝙ vnū est baptisma sacramentū. s.
fluminis: seu aque. alia vero duo licz cō-
ferant salutem. tamē nō sūt sacramētū
ut dicit Bon. in q̃rto. di. 4. Tertiuz
dubiū. vtrū baptismꝰ sit differendꝰ uel
accelerandus. Et rn̄det Tho. ꝙ circa
hoc est distinguendū de baptiçādis. Nā
aut sūt pueri aut adulti. si sūt pueri nō
est differendū baptisma. Primo quidē
quia nō expectat i eis maior instructio
aut plenior conuersio. Secundo ꝓpt
piculū mortis: q̄a eis nō pōt alio reme-
dio sbuenīri nisi p sacramētū baptismi:
quibus baptismꝰ ꝓdest ꝓpter fidē offe-
rentiū ⁊ ecclesie. ut dic Augꝰ de cōse. di.
4. c. illud pscrutari. Et Isidorꝰ ibidem
in. c. puuli. Si autē argueret ꝙ actus
actiuorū sunt in patiēte ⁊ disposito ꝯm
Ari. in. 2. de anima. ſ; i paruulis nulla
precessit dispositio ad susceptiōez effectꝰ
baptismi. ergo baptismus non pōt cau-
sare suū effectū i paruulis. Rn̄det Ric.
ꝙ illa propositio debet itelligi de actiuo
limitate virtutis. Deus aūt a quo sunt
principaliter effectus baptismi agens ē
infinite virtutis. Minor etiā argumēti
realiter intellecta falsa est. quia fides ec-
clesie aliquo modo ad susceptionez ba-
ptismi disponit: quare pueri ꝙcitiꝰ cō-
mode fieri potest sūt baptiçādi. Si vero
de adultis loquimur: quibꝰ subuenīri
pōt p baptismi desideriū ut supra dictū
est: tunc eis ut ait Tho. nō statim cū cō-
uertuntur est sacramentū baptismi cō-
ferendū: sed oportet differre usq; ad ali-
qd certū tempꝰ. Primo quidem ꝓpter
cautelā ecclesie: ne decipiat conferēs sa-
cramentū a credētibꝰ ficte. Unde de ꝯ̃e.
di. 4. in. c. iudei. dicit. Iudei quoꝝ pfi-
dia frequenter ad vomitū redijt. si ad le-
ges catholicas venire voluerit: octo mē-
ses inter cathecuminos eccl'ie limen in-
troeant. ⁊ pura fide venire noscūt: hanc
demū baptismi gratiā mereant. Se-
cunda ratio dilationis est vtilitas eoꝝ
qui baptiçātur: qui aliquo tp̄is spacio
indigent ad hoc ꝙ plene instruant de fi-
de. ⁊ exercitentur in his que ptinent ad
xp̄ianā vitam. Tertia ratio est sacra-
menti reuerentia: ob quam antiquitus
adulti baptiçabāt in duabꝰ precipuis
solennitatibus. pasca. s. ⁊ pent. ut habet
de ꝯse. di. 4. c. de cathecuminis. ⁊. c. duo
tp̄a. ⁊. c. venerabilis. Potest tamē omitti
dilatio predicta aut propter necessitatē
puta cuz aliquis baptiçari cupiēs esset
in articulo mortis psecutiōis ⁊ naufra-
gij. ut expresse habet de conse. di. 4. i. c.
hi qui. Aut quando illi qui sunt bapti-
çandi apparent pfecte instructi in fide ⁊
ad baptismū idonei. sicut Philippꝰ ap'ls
statim baptiçauit eunuchū. ut habetur
Act. 8. c. ⁊ Petrus Corneliuz: ⁊ eos q̄
cum ipso erant Act. xi. Quartū du-
bium. vtrum peccatores ad baptismuz
accedentes teneant sua peccata cōfiteri
Respondet Tho. ꝙ duplex est peccatorū
cōfessio. vna que fit interius deo. ⁊ hec
requirit ante baptismuz. ut. s. homo pec-
cata sua recogitans de eis doleat. Non
eni potest inchoare nouam vitaz: nisi eū
peniteat veteris vite. ut Augꝰ dicit i li.
de penitentia. Alia vero est cōfessio pec-
catoruz exterior que fit sacerdoti. ⁊ tal'
confessio non requirit ante baptismum
Primo quidem quia talis confessio cū

respiciat ꝑsonas ministri ꝑtinet ad priē
sacramentū. quod nō requirit ante ba-
ptismū: quia est ianua omniū sacramē-
torum. Secundo quia cōfessio exterior
que fit sacerdoti ordinatur ad hoc ꝙ sa
cerdos cōfitentē absoluat a peccatis: ⁊
liget ad opa satisfactoria: que baptiçā-
dis non sunt iponēda. ſm illud Amb.
in glo. Ro. xi. Grā dei in baptismo nō
requirit gemitū neqꝫ planctū: uel etiam
opus aliqd: sed solā fidem. ⁊ oia gratis
condonat. Que verba notant de ꝯse. di.
4. in. c. sine penitentia. Baptiçandi etiā
nō indigent remissione peccatorū ꝑ cla-
ues ecclesie: quibus omnia remittūtur
ꝑ baptismū. Sufficit ergo his q baptiçantur
confessio generalis: quā faciūt
ſm ritū ecclie abrenūciantes sathane:
⁊ omnibus opibus eiꝰ. Si tamē ex sua
deuotione vellent confiteri audiēdi sūt:
non ad hoc ꝙ satisfactio eis imponat: ſ;
ut contra peccata consueta eis spūalis
vite informatio tradatur. Quintum
dubiū. vtrū pueri iudeorū ⁊ infidelium
sint inuitis parentibus baptiçandi. Et
respōdet ſm sententiā Ric. di. 64. ⁊ Tho
2ª 2ᵉ. q. 10. ⁊ 3. parte. q. 68. ꝙ filij infi-
deliū aut habent vsum rationis ⁊ ānos
discretionis: aut nō. si sic quoniā ꝙtum
ad ea que sunt iuris diuini uel naturał
incipiunt sue ptātis esse. ideo ꝓpria vo-
luntate inuitis parentibꝰ baptiçari pñt
Si vo nondū habent vsū liberi arbitrij
baptiçari non debent.: quoniā nunꝙ h
fecit ecclesia. ⁊ hoc duplici ratiōe. Una
quidem est propter ꝑiculū fidei. Si eni
pueri nondū vsum rationis habentes
baptismū susciperent: postmodū cū ad
ꝑfectam etatem ꝑuenirent: de facili pos
sent a parētibus induci ut relinquerent
qd ignoranter susceperūt: quod verge-
ret in fidei detrimentū. Alia ratio est qa
repugnat iusticie naturali. Filius eni ē
aliquid patris: ⁊ primo quidē a paren
tibus nō distinguit ſm corpus ꝙdiu i
matris vtero continet. Postmodū vo
postꝙ a matris vtō egredit anteꝙ ha-
beat vsū liberi arbitrij ꝯtinet sub ꝑentū
cura: sicut sub quodā spūali vtero. Q̃diu
eni vsū rōnis nō habet puer: non differt
ab aiali irrōnali. vnde sicut bos uł equꝰ
alicuiꝰ ē: ut vtat eo cū voluerit sicut ꝓꝑo
instrō ſm iura ciuilia. ita de iure nāli ē
ꝙ filius anteꝙ habeat vsū rōnis sit sub
cura pris. q̃re iuitis pētibꝰ nō debet filijs
baptisma dari. Ipsi etiā infideles adulti
nullo mō coacti sūt baptiçādi. ut ꝑ. 45
di. c. de iudeis. q̃a ut ibi h tales nō sūt
iuiti saluādi: ſ; volētes: ut integra sit for
ma iusticie. Sic eni ꝓprij arbitrij volū-
tate hō serpēti obediēs ꝑijt: sic vocāte se
grā dei ꝓꝑa mētꝭ ꝯuersiōe q̃sqꝫ credēdo
saluat. Notandū tñ ſm Ric. sequendo
sñiam Inno. tertij. in. c. maiores. ex̃ de
bap. ⁊ eius effectu. ꝙ aliqs pōt cogi ad
baptismū suscipiendū duplici coactiōe.
Prima ē coactio absoluta: qñ quis ba-
ptiçet inuitus ⁊ penitꝰ ꝯtradicēs: qui l;
abluat exterius ⁊ baptiçet ſm debitam
formā: tñ nec rem nec caracterē suscipit
sacri. 2ª ē coactio ꝯditionalis: qñ qs
terroribꝰ atqꝫ supplicijs violēt attrahit
⁊ ne detrimētū incurrat: baptismi susci-
pit sacrm: talł sic ⁊ is q ficte ad baptis-
mū accedit caracterē suscipit xp̄ianitatꝭ
ipressū: ⁊ ipe tanꝙ ꝯditionalit volēs: l;
absolute nō velit cogēdꝰ ē ad obseruan-
tiam fidei xp̄iane. Tertio ꝯsideremus
baptismi q̃litatē. Debet nāqꝫ baptismꝰ
ꝯferri qñ a ministris ecclie dat cū qnqꝫ
ꝯditiōibꝰ. pª oꝛ vnitatis. 2ª simultatꝭ.
3ª modalitatis. 4ª paternitatis. 5ª
sacralis solēnitatis. pª cōditio q ob-
seruari dꝫ i baptismo dicit vnitas. Nā
vnꝰ dꝫ baptiçare ⁊ nō plures. qm̄ si plꝭs
baptiçarēt: aut dicerēt. nos te baptiça-
mus. ⁊ h nō eēt ꝯueniēs: qm̄ hō nō ba-
ptiçat nisi ut minister xp̄i: ⁊ vicē eius
gerēs. Vñ vnꝰ ē xp̄s. ita oꝫ vnū eē mi-
nistrū: q xp̄m repñtet. ⁊ ideo ꝯria intē-
tio videt excludē baptismi sacrm. Aut
plures baptiçarēt ⁊ vnusq̃sqꝫ dicēt. ego
te baptiço. ⁊ sic q̃libet exprimēt suā in-
tentionem ꝙ ipse singularit baptismū
ꝯferret. ⁊ tūc manifestū ē ꝙ ille q prius
vba ꝓferret daret baptismi sacramētū.

Alius ꝟo q̄ tumcunq̧ ius baptiçandi
haberet si verba ꝓnũciare ꝑ̄sumeret: eēt
puniendus tanq̄ rebaptiçator. Si aũt
oio sil' ꝟba ꝓferrēt: aut hoiez imergerēt
uel aspgerēt essent puniendi de inordi-
nato modo baptiçādi. ⁊ nō de iteratiōe
baptismi: qa quilibet q̄tũ in se baptiça-
ret: nec tradēt aliud ⁊ aliud sacrm̄: sed
xp̄us qui est vnꝰ interiꝰ baptiçans vnũ
sacrm̄ p oēs ꝯferret. Si aũt quereref an
possit vnꝰ plures sil' baptiçare. dicendũ
ꝙ i casu necessitatis sic sub hac forma:
Ego vos baptiço ⁊c̄. nec p hoc diuersi-
ficaref forma ecclesie: qa plurale nō est
nisi singulare gemiatũ: ꝑ̄sertim cũ plu-
raliter dicaf Math. vlti. baptiçantes
eos ⁊c̄. hec Tho. 2ᵃ ꝯditio que in ba-
ptismo ꝯferēdo requirif dicif simultas
ut. s. sil' sint ꝟba ꝓlata cũ ipsa ablutiōe.
Dicit tñ Ric. di. 3. q̄rti. ꝙ verba ⁊ ablu-
tionē sil' eē pōt intelligi tripliciter. aut p
realē existentiā vniꝰ in alio. aut p eorūz
coexistentiā in intentiōe. aut in tp̄e. Si-
multas ꝑm modũ primũ nō requiritur
qa nec possibilis est: eo ꝙ ꝟba nō sunt
nata esse i ablutione. nec ecōuerso. Si-
multas modo secundo reqrif de necessi
tate explicite: inq̄tũ necessariũ ē ꝙ ab-
luens ⁊ ꝟba ꝓferens intēdat circa ba-
ptiçandũ facere quod facit eccl'ia. Si-
multas autē tertio modo aliq̄ modo re-
quirif de necessitate: ⁊ aliquo modo nō.
Necessariũ eni ē ꝙ baptiçās sic abluat
⁊ ꝟba ꝓferat: ꝙ ꝑm coēm vsuz illa duo
videanf ptinere ad actũ vnũ: qd̄ nō eēt
verũ si in mane ablueret: ⁊ in sero verba
ꝓferret: uel econuerso. nō est tñ necessa-
rium ꝙ simul punctualiter vtrũq̧ inci-
piat ⁊ terminet. ꝫ sufficit ꝙ ꝓlatio ver-
borum incipiaf añq̄ ablutio terminef:
uel econuerso. Debet tñ baptiçans illa
facē simul: quātomagis pōt bono modo
3ᵃ cōditio que i baptismo est seruāda
dicif modalitas. Nam ut inquit Ric. ⁊
Boñ. Sacerdos debet puerũ tenere per
latera: ⁊ versa facie ad aquā debet imer-
gere. Quare aũt faciē magis ad aquā
⁊ nō ad celum baptiçandus tenet: debet
esse in signum humilitatis ⁊ reuerētie.
4ᵃ conditio que in baptismo seruāda
est dicif paternitatis. Debet nāq̧ aliq̄s
adesse q̄ baptiçādũ leuet de sacro fonte
ut Dioꝰ dicit in li. de eccle. hierar. R̄o ē
ꝑm Tho. quia spiritualis regeneratio q̄
fit p baptismũ assimilatur quodāmodo
generationi carnali. Unde dicif. i. Pet.
2. Sicut modo geniti infantes ratio-
nabiles: sine dolo lac concupiscite. In
generatiōe aũt carnali paruulus nup
natꝰ indiget nutrice ⁊ pedagogo. vnde
etiam i spirituali generatione baptismi
requirif aliquis qui fungaf vice nutric̄
⁊ pedagogi. instruendo eum qui est no-
uitiue in fide: de his que ptinent ad vi-
tam xp̄ianam: ad quod prelati vacare
non possunt circa omnez curam populi
occupati. Et debet esse vnꝰ qui leuat de
sacro fonte. ut dicif de consecra. di. 4. c.
non plures. Si tamē plures essent: cũ
omnibus cōtrahitur cognatio spũalis
ut habef ex̄ de cognatione spirituali. c.
q̄uis. li. 6. Et q̄ leuat etiā dz cē seculari
non religiosus aut monachus. ut dicif
de conse. di. 4. c. nō licet. ⁊ c. monachi.
Debet etiaz esse fidelis non infidelis. ut
patet de consecra. di. 4. c. in baptismate
Ratio est scd̄m Tho. quia infidelis nō
est membruz ecclesie: cuius ꝑsonā ge-
rit tenens ad sacramenta. Et si de facto
siue i necessitate leuat uel tenet: seu ba-
ptiçat: non contrahit aliquā cognatio-
nem spiritualē. Qui aũt leuat de sacro
fonte aliquē: eius pater spiritualis dicif
ut patet. 30. q. i. in. c. ad limina. i. §. filia
⁊ in. c. omnes. ⁊. 3. q. 3. c. ita. vbi dicitur.
Ita diligere debet homo eum qui se su-
scepit de sacro fonte sicut patrem. Et de
conse. dis. 4. i. c. vos ante omnia. de hoc
Augꝰ ita loq̄f. Uos ante oia tam viros
q̄ mulieres: qui filios i baptismo susce-
pistis moneo ut vos cognoscatis fide-
iussores apud deum extitisse ꝓ illis q̄s
visi estis de sacro fonte suscipere. id̄ eos
semp admonete ut castitatē custodiant
iusticiā diligāt: caritatē teneāt. Dicit tñ
Tho. ꝙ patres spirituales moderno tp̄e

ad hoc nõ ita stricte obligantur. quia ut
plurimũ hi qui baptiçantur parentes
habent xp̃ianos: de quibus presumẽdũ
est ꝙ suos filios diligẽter instruãt. Si
tamẽ quocunqꝫ modo sentirent ꝯtrium
tenenẗ ſm suũ modũ saluti sp̃ualiũ fi-
lioꝝ curã ip̃edere. Sꝫ nõ licet effari q̃t
mala: q̃t fraudes: quot ue lenocinia sb
nomie compaternitatꝭ ⁊ cõmaternitatꝭ
fiant. Taceo illa ne scandaliçẽẗ hi qui
deum timentes dũ compatres fiunt sa-
cramentũ baptismi fideliter reuerentur
Unusq̃sqꝫ iudicet seipsũ ⁊ videat si q̃s
ille est qui compaternitatis iura fidẽqꝫ
polluat: ⁊ ꝙ graue nephandumqꝫ scel⁹
cõmittat. Quinta conditio que i ba-
ptismo seruari debet dicitẗ sacramẽtaliũ
solennitas. Nam ut inquit Tho. lꝫ sa-
cramentalia non sint de substantia sa-
cramenti. sunt tamẽ ad bene esse ad ex-
citandũ deuotionẽ fideliũ: ⁊ reuerẽtiã
ad sacramentũ. Scd̃m ꝟo Boñ. di. 6.
q̃rti. Ordo coꝝ q̃ sũt ad solennitatẽ sa-
cramenti baptismi ſm coẽm eccl'ie con-
suetudinẽ hic est. Primo exsufflatur. ⁊
hoc fit ut ꝟtus diaboli exterioꝛ expellaẗ
⁊ interioꝛ expellenda significeẗ. sicut pꝫ
ex dicto Rabani. de institutione cleri-
coꝝ. Et Aug. in li. de symbolo. de ꝯse.
di. 4. c. postꝙ. ⁊. c. sicut nostis. Secũdo
signũ crucis fit i pectore ⁊ in fronte. ut
demon cognoscat se ꝑellendũ tam i oc-
culto cordis ꝙ in aꝑto ꝓfessionis. Ra-
banus aũt ubi supra. ⁊ in. c. postea. dic̃.
Postea signaẗ baptiçandus signaculo
sancte crucis: tam in fronte ꝙ in corde
ut ab eo tp̃e apostata diabolus in suo
vase pristino sue interẽptiõis cognoscẽs
signaculũ iã sibi deinceps illud sciat eẽ
alienũ. Tertio sal in oꝛe poniẗ. ut seq̇ẗ
Rabanus in. c. ex hinc. ut ꝑ sal typicũ
sapientie sale condit⁹ fetoꝛe careat ini-
quitatis. ne a vermibus peccatoꝝ vltra
putrefiat. sed magis illesus seruetur ad
maioꝛẽ gratiã percipiendã. Significat
ergo sal ꝙ ꝑ baptismũ sapientie sapoꝛ
ꝓparatur: ⁊ fetoꝛ fomitis restringitur.
Quarto fit linitio auriũ ⁊ nariũ cum
sputo. ⁊ de hoc dicit Raban⁹ vbi supra
in. c. postea. Postea tanguntẗ ei nares ⁊
aures saliua: ⁊ diciẗ ei ꝟbũ euãgelicũ
quod ih̃s qñ surdũ ⁊ mutũ sanauit tan-
gens cum sputo linguaꝫ eius: ⁊ mittẽs
digitos in auriculaꝫ eius dixit. Effeta
quod ẽ adapire. hoc eñi sacr̃m hic agiẗ
ut ꝑ saliuã typicã: ⁊ sacerdotis tactum
sapientia ⁊ virtus diuina salutẽ eiusdẽ
cathecumini opereẗ: ut aperiãtur ei na-
res ad accipiendum odoꝛẽ noticie dei:
ut aꝑianẗ ei aures ad audiẽdũ manda-
ta dei. Quinto fit inunctio i pectore ⁊
spatulis: ut significeẗ gratia vnctiõis
ad deũ amandũ: ⁊ ad bona oꝑa facien-
dum. de quo etiã loquiẗ Raban⁹ in. c.
deinde. Sexto p⁹ baptismũ fit iunctio
chrismatis i vertice: ut dicit ibidẽ Ra-
banus. i. c. postꝙ. ut xp̃i regni baptiça-
tus particeps fiat: ut a xp̃o xp̃ian⁹ vo-
cari possit. ⁊ talis vnctio fit in capite:
quia ut inquit Amb. in li. de sacramẽtꝭ
Sapientis sensus in capite eius. ꝑ ca-
put ergo ſm Boñ. anima designaẗ que
ꝑ baptismũ imputribilis redditẗ ad con-
templandum eterna. Chrisma eñi con-
fectũ est ex oleo lucente ⁊ balsamo cõ-
seruante. Septimo baptiçatus vestiẗ
vestimento candido. de quo Rabanus
in. c. post baptismũ. inquit. Post baptis-
mũ tradiẗ xp̃iano vestis cãdida: que si-
gnificat innocentiã ⁊ puritatẽ xp̃ianã:
quã post ablutas veteres maculas stu-
dio sancte cõuersatiõis imaculatã ser-
nare debet ad representandum ante tri
bunal xp̃i. Amb. ꝟo in. c. accepisti. sic
ait. Accepisti post baptismũ vestimẽta
candida: ut esset indiciũ ꝙ exueris vo-
luntatem peccatoꝝ. ⁊ indueris innocẽtie
caste velamina. Neqꝫ ꝓpterea tenẽdũ ut
ait Tho. ꝙ non liceat xp̃ianis alijs ve-
stibus vti: qm̃ vestis illa: ut dictũ ẽ daẗ
ꝓ tunc in mysterio sp̃ualis significatio-
nis. Ultimo poniẗ cereus in manib⁹. ut
sit lucerna pedibus eius verbum dñi ⁊
lumen semitis eius. Debent ergo cũ ne-
cessitas non cõtradicit sacra predicta
deuote celebrari cũ aliq̇s baptiçatur:

quorũ etiã nõ imemores esse debẽt hi q̃ sũt baptiçati. Recordare o aĩa xp̃iana qualiter in sacro fonte diabolo abrenũciãs ihũ xp̃i mẽbrũ effecta es. Recordare queadmodũ in baptismo grã tibi cõcessa est. ut ſm virtutẽ ⁊ voluntatem dei viuere posses. Recordare insup quõ in baptismo viam ingressa es eterne salutis. Noli o infelix peccatrix tantoruʒ beneficioꝝ oblita diabolo cõicare. Noli opa bona negligere. Noli viã paradisi deserere: sed curre post xp̃m in odorem vnguentoꝝ illius: cuius nomẽ est oleũ effusum. a quo xp̃o xp̃iani dicunt͛. ut dr̃ extra de sacra vnctione. c. cum venisset.

Quod ꝑ baptismũ delet͛ culpa. remittitur pena: ⁊ confert͛ gratia. Caplm̃. 3.

TErtiũ mysterũ declarandum de baptismo dicit͛ fructificatio: in quo de fructibus siue effectibꝰ baptismi libet dicere. Et notari possunt tres principales effectus. Primus dr̃ deletio culpe. Secũdus remissio pene. Tertius collatio gratie. Primꝰ effectus baptismi dicitur deletio culpe. Per ipsuʒ eteni delet͛ omnis culpa tam originalis q̃ actualis. ut docet magister sen. in. 4. di. 4. Et de hoc dicit Augꝰ de cõse. di. 4. in. c. a paruulo. A paruulo recenter nato vsqʒ ad decrepituʒ senem sicut nullus prohibendus est a baptismo: ita nullus est qui nõ peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tm̃ originali. maiores autẽ omnibus etiã moriuntur peccatis que male viuendo addiderunt originali. Et idem Augꝰ in. c ut oñderet ait. Nullo excepto dictũ ẽ. s. ab aplo. Quicũqʒ baptiçati sumus in xp̃o: in morte ipsius baptiçati sumus. Et ideo dictum est ut ꝓbaret nos mortuos esse pctõ. Et glo. super illud Exo. 14. Unus ex eis nõ remãsit. iquit. Oia peccata ablata sunt in baptismo: potentia diabolica est submersa. Dicit ḡ dñs Bon. ꝙ i baptismo omnis culpa delet͛: ⁊ restituitur homo in pristinã innocentiam q̃tum ad animã. Si autẽ querat͛ ratio huius. dicit ꝙ est diuina liberalitas: que tantã huic sacramento contulit efficaciam. Sed posset aliq̇s arguere sic. Diuersoruʒ morborum diuerse sunt medicine. ḡ cũ culpe sint diuerse: nõ tm̃ specie: ꝫ gnẽ. utpote originalis ⁊ actual' ⁊ venialis ⁊ mortal'. ergo ad hoc ꝙ curentur necesse est ꝙ diuerse adhibeãtur spirituales medicine. Respondet Boñ. ꝙ remediũ potest morbum respicere dupliciter. aut quia principaliter sit ad ꝫ: aut q̇a hoc curat tanq̃ annexũ. Scd̃m ḡ ꝙ diuersi sunt morbi spũales: diuerse sũt etiã medicine sacramẽtales ꝑncipalit͛ ad illos ordinate. Si aũt morbꝰ habeat aliũ morbũ cõiunctũ: ⁊ medicina ꝑfectam habeat virtutẽ curandi nõ tm̃ curat principalem: sed etiaʒ annexã ⁊ sic facit baptismus. Secundꝰ baptismi effectꝰ est remissio pene. Remittit͛ siquidẽ baptiçato omnis pena peccato debita. Uñ Augꝰ i li. de baptismo paruulorum. ⁊ habetur de conse. di. 4. in. c ꝑ baptismum. inquit. Quicquid ab homine dictũ factum ⁊ cogitatũ est: totũ abolet͛: ⁊ quasi nõ factũ habet͛. Et glo. sup illo ṽbo psal. quorum tecta sũt peccata. dicit. Ita sunt tecta peccata in baptismo ꝙ deus ea non vult punire. Si autẽ diceret͛ ꝙ hoc nõ videt͛ cõsonũ co ꝙ Ansel. in li. cur deꝰ homo ait. Si peccatuʒ nõ punit͛: inordinatũ dimittitur ⁊ deus nihil inordinatũ relinquit. Respondet Ric. ꝙ xp̃s ꝑ passionẽ suã sufficienter exoluit penã peccatꝭ debitã: que in baptismo remittunt͛. Sed adhuc nõnulli arguũt ostendẽtes ꝙ ꝑ baptismũ non remittatur omnis pena. Primo q̇a ut habetur de conse. di. 4. in. c. ne absit. iudeis venientibꝰ ad baptismũ indicenda est penitentia ⁊ abstinentia. 40. dieꝝ. Secũdo quia videmus paruulos baptiçatos qui nullum peccatum cõmiserunt: post baptismũ multis penalitatibꝰ subiacere. ⁊ constat ꝙ non iniuste. ergo baptismus nõ remouet oẽm penã. Inquit eni Augꝰ. 13. de trini. c. 16. Omnia huius seculi mala: dolores: laboresqʒ ho-

minũ veniunt de peccatoꝝ. ⁊ maxime de
peccati originalis meritis. Tertio ar-
guunt quia baptiçatus ante xp̄i passio-
nem adhuc paradisuȝ nō intrabat: sed
clausura illa erat pena peccati. ergo per
baptismũ non remittit̃ illa pena. Ad
primũ rñdet Ric. ꝙ illa pnia nō indicit̃
iudeis propter sacramenti efficaciam:
sed propter eius reuerentiaȝ. ⁊ iudeoꝝ
recipientium baptismũ probationẽ. vñ
eis non indicebat̃ post susceptioneȝ ba-
ptismi: sed ante. ⁊ q̄uis sic obseruaret̃
quōdam. tamen modo nō oportet obser
uari: sed quod innuit glo. i preallegato
c. ne absit. nisi esset contraria consuetu-
do. Ad secundũ respondet Boñ. di-
cens ꝙ distinguẽdũ est de penis. Que-
dam enim sunt pene eternales. ⁊ quedã
temporales Ab omni eternali absoluit
baptismus delendo omneȝ culpam. De
penis autẽ tp̄alibꝰ adhuc est distinguẽ-
dum: quia quedã cōtrahunt̃. ut fames
sitis: passionesq̃ contemporanee vite.
Quedã imponunt̃ ⁊ assumunt̃: ut ieiu-
nia corporalia ⁊ spiritualia exercitia. ⁊
laboriosa opera. Baptismus ergo ut di
ctum est absoluit ab omni pena eternali
⁊ ab omni pena temporali satisfactoria
siue assumpta: nō autẽ ab omni ꝯtracta
utpote a fame siti ⁊ ceteris similibꝰ. Rō
autẽ est: quia ad hoc ipsũ nō ordinauit
⁊ ratio quare non ordinauit est: q̄a cō-
gruum fuit ꝙ huiusmodi penalitates i
nobis propter tria relinqueret. Prio
ꝓpter manifestandam equitatẽ diuini
iudicij. ut illa sententia quã dictauerat
de morte Ade ⁊ posterorũ eius imobil̃
permaneret. vnde ab illa nemo euadit.
Secunda ratio fuit ad ostendendũ
fructum passionis xp̄i: a qua virtutem
sacramentũ habet: ut penas remittat ꝑ-
sonales nō naturales: quia remedium
respicit ꝑsonã nō naturaȝ. Tertia rō
fuit propter hominẽ adiuuandum. Per
huiusmodi eteni penalitates adiuuatur
homo ut spiritualit̃ viuat: ⁊ pugnans
coronetur. Tho. vo. q. 69. tertie partis
dicit ꝙ baptismus habet virtutem au-
ferendi penalitates presentis vite. non
tamen eas aufert i presenti vita: quod
fit tum ut baptiçati conformēt̃ xp̄o: q̇
licȝ a principio sue conceptionis fue-
rit plenus gratia ⁊ veritate: habuit tñ
corpus passibile: quod per passionem ⁊
morteȝ est ad vitam gloriosam resusci-
tatum. ita ⁊ xp̄ianus in baptismo grãȝ
consequit̃ q̄tum ad aiam: habet tamẽ
corpus passibile: in quo proximo possit
pati: sed tandem resuscitabit̃ ad impas-
sibilem vitam. Unde ⁊ ap̄ls Ro. 8. ait.
Qui suscitauit ih̄m xp̄m a mortuis vi-
uificabit ⁊ mortalia corꝑa nostra ꝑ in-
habitantẽ spiritũ eius i nobis. Pena-
litates ergo virtute baptismi auferẽtur
a iustis in resurrectiōe quãdo mortale
corpus hoc induet incorruptionẽ ⁊ im-
mortalitatem. Ad tertiũ argumẽtũ
respondet Ric. ꝙ baptismus modo ap̄it
celi ianuam baptiçato q̄tum ad effica-
ciam: q̄uis hoc nō posset facere añ pas-
sionẽ: quia particularis remotio clau-
sionis predicte q̄tum ad efficaciaȝ de-
pendet ex vniuersali remotione illius
clausionis q̄tum ad sufficientiam: que
per xp̄i passioneȝ facta est. Tertiꝰ ba-
ptismi effectꝰ ẽ collatio gr̃e. Ut eni niq̇t
glo. ad Titũ. 4. c. in expositione verboꝝ
ap̄li dicẽtꝭ. Saluos nos fecit ꝑ lauacꝝ
regeneratiōis ⁊ renouationis spiritꝰ sci
quem effudit in nobis abunde. Laua-
crum regenerationis est sacramentum
baptismi: in quo datur gratia spiritꝰ sci
⁊ copia virtutũ. Sed nōnulli dubitãt
an pueri in baptismo consequant̃ grãȝ
⁊ virtutes: cum nondum habeant vsũ
liberi arbitrij. Et dicit Tho. 3. parte. q.
69. ꝙ quidã antiqui posuerunt ꝙ pue-
ris in baptismo non dantur gratie ⁊
virtutes: sed imprimitur eis caracter
christi: cuiꝰ virtute cũ ad perfectam eta-
tem venerint consequuntur gratiam ⁊
virtutes. Sȝ hoc patet eẽ falsũ dupli-
citer. Primo quidem ꝙ pueri sicut ⁊
adulti in baptismo efficiuntur mem-
bra christi. vnde necesse est ꝙ a capite
recipiant influxum gratie ⁊ uirtutis.

Secundo q̇a ꝭm hoc pueri decedentes post baptiſmũ nõ ꝑuenirent ad vitã eternã. quia ut dicit̃ ad Ro.6. Gratia dei vita eterna. Cauſa autẽ erroris fuit quia neſcierũt diſtinguere inter habitũ ꝛ actũ. ꝛ ſic vidẽtes pueros inhabiles ad actus virtutũ: crediderũt eos pꝰ baptiſmũ nullatenꝰ ꝟtutẽ habere. Sꝫ iſta impotentia operandi nõ accidit pueris ex defectu habituũ. ſed ex impedimento corꝑali: ſicut ꝛ dormientes q̃uis habeant habitus virtutũ. impediunt̃ tamẽ ab actibus ꝓpter ſomnuꝫ. hec Tho. Ex quibus omnibus colligimus quantuꝫ debeamus deo nos qui baptiçati ſumꝰ: quibus tam liberaliter ſua dona dignatus ẽ impartiri. conari inſuꝑ omni ſtudio tenemur virtutes amplecti: ad q̃s nos faciles reddidit in ſuſceptione baptiſmi. ut ſic mereamur i hoc ſeculo grẽ profectum: ꝛ in futuro eterne vite premium. Amen.

Feria ſexta in paraſceue. de doloribꝰ anxietatibus ꝛ amaritudinibꝰ xp̄i ih̄u quos in ſua paſſione ꝓ totius humani generis ſalute ſuſtinuit. Sermo.69.

Dolores noſtros ip̄e portauit. Yſa. ꝓph̄e ꝟba ſunt iſta.53. c. Paſſionẽ dñi nr̄i ih̄u xp̄i tam acerbiſſimã q̃ ignominioſã hodie recolẽtes a lachrymis cõtinere minime debemus. q̇nimo flentes iuitare debemꝰ inſenſibiles creaturas ut modo ſuo cõpatiant̃ filio virginis in cruce pendenti. d. illud Senece in ꝑma trage. Lugeat ether: magnuſq; parẽs etheris alti. Telluſq; ferax: ꝛ vaga ponti mobilis vnda. Tuq; ante oẽs qui per terras tractuſq; maris fundis radios. Nocteniq; fugas ore decoro. Quidnã flebilius cõmemorari poteſt: q̃ mors illa ſeuiſſima dei ꝛ ſaluatoris nr̄i ih̄u xp̄i? Talis memoria inq̇t Ber requirit lachrymas. Ad illaſ eteni nos ꝓuocat ſancta mater eccleſia hodie nigris induta. Ad illas nos excitat xp̄s ih̄s i doloribus ſuis. Ad illas inſuper nos trahit virgo illa piiſſima: ſpes vnica mundi. Nam ſi pie volumus cõtemplari videbimus eaꝫ vultu meſto. facie ſqualida. ſparſo crine: ac ſciſſis veſtibꝰ ſtantẽ ante crucem: ꝛ querula voce dicentem. O fili mi: quẽ de ſpũ ſcõ conceptum deũ verũ ꝛ hominẽ peperi: video te inter duos latrones cruci affixũ ꝛ vulneribus plenũ. O fili mi: quem adorãt angeli: caput ſpinis tenes coronatũ. O fili mi: quẽ tanta diligentia dum tenellus eras enutriui: quem ſemꝑ dilexi ſemꝑ amaui: q̇a tu me dilexiſti ꝛ amaſti genitricẽ tuã: ecce i cruce mortuus es ꝛ extinctus. O pater eterne: compatere mihi ſue miſerrime matri ꝛ plange mecũ tuũ ac meũ filiũ. Et quia id tue nature non conuenit: precipe illud creaturis tuis. O angelici ſpiritꝰ ꝛ vos modo veſtro plangite mecũ. O celeſtia corpora: quorũ pulchritudinem vincebat decora facies filij mei. plangite illũ iſta die inſtar leproſi deformẽ factũ. O inſenſibilia elementa. o terra cũ tuis arboribus ꝛ plantis. o aqua cum tua claritate ꝛ admirabili fluxu. o aer cũ tua facilitate. o ardens ignis cum tua viuacitate: plãgite mecũ factorẽ veſtrũ filiũ meũ. O reges terre: principes ꝛ quilibet domini: plangite mecũ dñm dominantiũ filiũ meũ. O populi oẽs: ꝛ tu ꝑcipue o popule xp̄iane: quos xp̄s tantũ amauit: ut ꝛ mori ꝓ vobis eligeret: plangite illũ mecũ tam dire mortuũ filiuꝫ meũ. O virgines. o vidue. o continentes. o ſenes. o paruuli. lugite mecũ benigniſſimũ dñm vr̄m. O matres que filios genuiſtis ſoluite crinẽ: ꝛ ꝑ meſta colla capilli fluant implentes aerem vocibus ꝛ dicentes mecũ. Fili mi ih̄u: ih̄u fili mi: hodie ꝓ peccatoribꝰ paſſus ꝛ mortuꝰ es O lumen oculorũ meoꝝ. o ſpes ꝛ ſolatium vite mee. o gaudiuꝫ ꝛ iocunditas mea: quomodo factus es mihi amaritudo ꝛ dolor: vulneraſti cor meum. ꝛ

ad crucem

192

ne iudicis pretorio ꝯtaminari timebāt:
⁊ fratris innocentis sanguinē nō time-
bant. Exiuit ergo Pilatꝯ ad eos foras
d. Quā accusationē affertis aduersus
hoiem istū? Responderūt. Si nō eēt hic
malefactor: nō tibi tradidissemus eum.
Ubi Augꝯ. Interrogent atq̄ rn̄deant
ab imundis spiritibus liberati. ceci vi-
dentes. mortui resurgentes: vtrū sit ma
lefactor. Addiderūt etiā qd̓ Lucas dic̄
Hunc inuenimus subuertentē gentem
nostrā. ⁊ ꝓhibētē tributa dari Cesari. ⁊
dicentē se xp̄m regē eē. Dixit eis Pilatꝯ
Accipite eum vos: ⁊ ſm legem vestraꝫ
iudicate eum. quasi dicat. si sufficit vr̄a
examinatio: sufficiat ⁊ vestra sententia
Nā ut dicit Nico. de lira. Romani aliq̄
minora iudicandi ꝑmiserant iudeis re-
tinentes sibi penā mortis: ⁊ causam san
guinis. Ideo p̱ hanc rn̄sionē inhibebat
ne xp̄o mors inferret. Et ideo illi intē-
dentes eum morti adiudicari rn̄debant
Nobis nō licet iterficere quēq̄. Intro-
iuit ergo iterū in pretorium Pilatus. ⁊
interrogauit ihm. Tu es rex iudeorū?
Ubi queritur. quare Pilatus sic eū in-
terrogabat. Et rn̄det Nico. d̓ lira. q̄ cū
iudei accusassent eum de tribus videlꝫ.
quia subuerterat gentē. ⁊ prohibuerat
tributa dari Cesari. ⁊ dixerat se eē regē
De duobus p̄mis Pilatus nō curauit
inquirere. Non de primo: quia ipse gen
tilis erat: ⁊ non iudeus. non etiā de se-
cundo: quia sciebat illud esse falsum. ſ3
tm̄ de tertio: eo q̄ romāi nomē regiuꝫ a
iudeis abstulerāt. Rn̄dit ihs. A temet-
ipso h̄ dicis: an alij tibi dixerūt de me?
q. d. Cōcepisti hanc opinionēꝫ de me p̱
temetipsū? Vbi Crisoꝯ ait. Nō ignorās
interrogat: sed ab ipso accusari iudeos
volens. vnde sequit euangelista. Rn̄dit
Pilatus. Nunq̇d ego iudeus sū? Gēs
tua ⁊ pontifices tui tradiderūt te mihi.
Quid fecisti? Rn̄dit ihs. Regnū meuꝫ
non est de hoc mundo. Quasi dicat. nō
quero tp̄alem dn̄ationē. Dixit ei Pilatꝯ
Ergo rex es tu? Rn̄dit ihs. Tu dixisti
quia rex sum ego. Ego in hoc natꝯ sum:
⁊ ad hoc veni in mundo: ut testimoniuꝫ
ꝑhibeam veritati. Omnis qui est ex ve-
ritate audit vocē meā. Dicit ei Pilatus
Quid est veritas? Et nō expectato rn̄so
exiuit ad iudeos. d. Ego nullā in eo in-
uenio cām: ⁊ ut liberaret eum de furore
ipsorū ꝓposuit ſm cōsuetudinē quā ha
bebant. s. i solennitate pasce ut vnū reū
morte peterent liberādū: an vellent xp̄m
esse illū: uel Barrabā: qui in carceribꝯ
ꝓpter maleficia sua detinebat: ⁊ populo
erat odiosus. Clamauerūt aūt omnes
Non hūc ſ3 Barrabā. O quali gladio
feriebatur tunc cor virginis matris qn̄
audiebat horribiles illos clamores iu-
deorū petentiū potius liberationē Bar-
rabe latronis q̄ filij sui inocentissimi.
Dixit Pilatus iudeis. Quid igit faciaꝫ
de ihū: qui dicit xp̄us? Dicūt oēs. cru-
cifigatur. Et ille quid inq̇t mali fecit?
Rn̄derunt. Cōmouit populū p̱ vniuer
sam iudeā incipiens a galilea vsq̄ huc
Quare Pilatus misit ihm ad Herodeꝫ
galilee tetrarchā: qui illis diebus hie-
rosolymis erat. Et cum ihs benedictus
nullum verbū coram eo dixisset spreuit

illum Herodes cū exercitu suo: ⁊ illu-
sit indutū veste alba ⁊ remisit ad Pilatū
Pilatus aūt cōuocatꝭ principibꝰ sacer-
dotū dixit eis volens eripe xp̄m de ma-
nibus eorū. Ego nullā cām inuenio in
homine isto ex his in quibꝰ eū accusatꝭ.
Sed neqꝫ Herodes. Nam remisit eū ad
nos: ⁊ ecce nihil dignū morte actū ē ei.
At illi clamabāt: Nos legē habemus ⁊
s̄m legē debet mori. Dixit eis Pilatus.
Corripiā eū ⁊ dimittā. O Pilate si in-
nocens est: cur corripies? Si reus: cur
dimittes? O q̄ laboriosa fuit mors ihu
xp̄i tam diu malignis cōsilijs: crimina-
tionibus: accusationibꝰ: ⁊ clamoribus
exquisita. 2° doluit xp̄us vehementer
ꝓpt̄ flagellationē. q̄n ut refert Marcꝰ
Pilatꝰ tradidit ihm militibꝰ flagellādū
Ut eni doc. dicūt ligauerūt illi ihm de-
nudatū ad columnā quādā ⁊ flagella-
uerūt eum a planta pedis usqꝫ ad v̄ticē
Et ut ait Gregꝰ naçāçenꝰ: caro xp̄i fla-
gellata pꝰ liuores sanguinē ex oī parte
scaturiebat: quo etiā terra sub pedibus
ihu ⁊ columna ipsa atqꝫ flagella ma-
defiebāt. Et ut arbitror pꝰ crudelē illaꝫ
flagellationē cū soluissent eū pre debi-
litate nimia ⁊ doloris imensitate i terrā
cecidit sanguie suo irrigatā dn̄s noster
ihs. Sed hic theologi querunt. vtrū in
xp̄o fuit vera dolorꝭ passio. Et quidā: lꝫ
nō dicere voluerint: q̄ nō arguentes di-
cunt primo ex dicto Hilarij. d. in. x. li. de
trinitate. Uirtus corpis sine sensu pene
vim pene in se deseuientis excepit: verus
aūt dolor nō ē sine sensu pene. ergo ⁊c̄.
2° adducūt dictum Dionysij: qui ad
Johēꝫ euangelistā ita scribit. Absit ut
ita insaniā ut credā sc̄ōs aliq̄d pati s̄m
corpis passiones: sed solū credo nos iu-
dicare ipsos sentire. Si ergo sc̄i nō sen-
tiunt passiōes nisi s̄m iudiciū: ⁊ nō s̄m
expientiā. ergo patiendo nō habent do-
lorē verū: ⁊ p cōsequēs multo minꝰ nec
sc̄ūs sc̄ōꝝ xp̄s. 3° conant̄ ꝓbare opi-
nionem suā exemplo Moysi qui ieiu-
nauit. 40. diebus. ⁊. 40. noctibus sine
aliqua corpis lesione ꝓpter continuaꝫ
ꝯtemplationē. Si ergo ꝑfectio ꝯtēpla-
tionis aufert passionem ⁊ sensū famis:
pari rōne videt̄ q̄ aufert sensū doloris
in carne passibili. Sed in xp̄o fuit con-
tinua contemplatio ⁊ ꝑfectissima. ergo
videt̄ q̄ nulla fuit in eo doloris expien-
tia. Sed cōtra hāc opinionē est omnis
scriptura sacra. Unde in ps̄ i ꝑsona xp̄i
dicit̄. Afflictus sū ⁊ humiliatus sū ni-
mis. Et iterū. Ego sū paup ⁊ dolēs. Et
iterū. Sup dolorē vulnerū meoruꝫ ad-
diderūt. Propt̄ea dicūt theo. di. 16. t̄tij
libri. q̄ vera doloris passio fuit in xp̄o
q̄m in eo fuit caro passibilis ⁊ ꝑforabil'
Fuit etiā virtus sentiendi s̄m quā aīa
cōpatit̄ corpi leso. Et q̄m hec duo verū
dolorē faciunt. s. vera lesio ⁊ verꝰ lesiōis
sensus. ⁊ hec duo vere fuerūt in xp̄o in-
dubitanter tenenduꝫ est q̄ in ipso vera
fuit doloris passio. Ad dictū aūt Hila-
rij r̄ndetur q̄ s̄m quosdam dictū illud
retractauit. Vel p̄ōt dici q̄ Hilarius in
v̄bo p̄dicto nō excludit sensū doloris a
xp̄o s̄m humanā naturā: s̄ s̄m diuinā
Unde illa v̄ba referenda sunt ad ꝑsonā
xp̄i. Uel ut magister sen. exponit dicere
possumus q̄ Hilarius nō vult ostendē
xp̄m nō habuisse verū dolorē: sed nō ha-
buisse causam doloris: q̄m passus ē ꝓpt̄
delicta nostra. Ad secundū v̄o. s. ver-
bum Dionysij dicit Bon̄. q̄ Dionysius
nō vult dicere nec sensit q̄ btūs Johes
⁊ alij sancti non expiant̄ dolorem i tor-
mentis: sed vult cōmendare cōstantiā
mentis q̄ non magis cōmouebat̄ ex ex-
pientia sensus q̄ cōmoueret̄ ex sola cō-
sideratione ⁊ iudicio rōnis. Ad t̄tiū
v̄o q̄ð obijciebat̄ de Moyse dicēdū q̄
etsi dulcedo ꝯtēplatiōis quodāmō ipsū
reficeret ⁊ a sensibꝰ exterioribꝰ abstra-
heret. adeo ut naturales v̄tutes quodā-
modo cōsopiret: ut nō ita cōsumerētur:
⁊ cibum requirerēt. tn̄ q̄ tanto tp̄e ieiu-
nauit sine sui lesione hoc fuit p speciale
beneficiū ⁊ diuinū miraculuꝫ. ⁊ iō non
habet locū in ꝓposito: q̄a xp̄s in passiōe
sua nō exercuit miracula potentie: s̄ po-
tius vsus est armis patiētie. 3° doluit

vehementer xp̄s ꝓpter coronationē q̄ñ
milites duxerūt eum in atriū pretorij. ⁊
induerūt eum purpura: ⁊ imposuerunt
capiti eius coronā spineā: ⁊ circūdede-
runt eū. ⁊ veniebāt ad eū illudentes: ⁊
d. Aue rex iudeoꝝ. ⁊ expuebant in eū
⁊ dabant ei alapas: ⁊ percutiebant ca-
put eius. Et caput illud angelicis spiri
tibus tremendū. ut Berñ. ait. spinaruꝫ
densitate pungebat̃. Nā corona illa de
iuncis marinis ad modū spinaꝝ acutis
erat confecta. ut dicit Nico. de lira. At
Pilatus fecit ih̄m sic coronatū ⁊ pur-
pura vestitū velut cōtēptibilē ⁊ abiectū
exire. Dixitq̄ iudeis. Ecce homo. quasi
dicat. punitus est. ideo debet vobis suffi-
cere. At illi magis clamabāt: Crucifi-
ge. crucige eum. Et p⁹ multa addiderūt
Si hunc dimittis nō es amicus cesarꝭ.
Omnis eni qui se regem facit ꝯtradicit
cesari. Et cum talia agitarent̃ misit ad
Pilatuꝫ vxor eius. d. Nihil tibi ⁊ iusto
illi. Quasi dicat. nullo mō eū cōdēnes:
sed magis dimitte. Multa eni sū hodie
passa ꝑ visum ꝓpter eum. quia ut dicit
Rabanus diabolus apparuerat ei mo-
uens eam terroribus ad liberationem
xp̄i: volens sic impedire hoiuꝫ salutem.
Sed dubitat̃ vtrū visio predicta facta
fuerit in somno uel vigilia. Et respōdet
Nico. de lira q̄ hoc nō habetur expresse
creditur tñ magis q̄ fuerit in somno.

Ecce xp̄s in sentētiatiōe vehementer do-
luit ꝓpter onerationē: ꝓpt̃ associationē
⁊ propter lamentationem.

Secundi articuli dolor secūdus.

SEcundus dolor secūdi articuli
dicit̃ sententiationis. Uidens
nanq̄ Pilatus nō posse iudeo-
rum furorem sedare nec mitigare: q̄n-
imo audiebat eos magno cū tumultu
clamantes. Si hūc dimittis nō es ami-
cus Cesaris. accepta aqua lauit man⁹
corā populo. d. Innocēs ego suꝫ a san-
guine iusti hui⁹. Vos videritꝭ. Ubi Re-
migius ait. Mos erat apud antiquos
ut cū vellet quis ostendere se imunē esse
ab aliq̄ crimine: accepta aqua lauare
manus suas corā populo consueuerat
Et respondēs vniuersus populus dixit:
Sanguis eius suꝑ nos ⁊ suꝑ filios no
stros. Quare Pilatus humano timore
victus pro tribunali sedens ƀm ordinē
curie sue sniam iniustā ꝯtra ih̄m ꝓtulit
ut crucifigeret̃. Tūc amātissim⁹ noster
ih̄us cruciatus est ꝓpter tria. p̄. ꝓpter
onerationē. 2° ꝓpter associationem.
3° ꝓpter lamentationē. Primo cru-
ciatus est propter onerationē. quando
s. crux onerosa ⁊ dura humerꝭ suis fuit
imposita. Tunc eni cum de domo Pila-
ti versus montē caluarie duceret̃ añq̄
deuenisset ad locū: ut dicit̃ i quadā hi-
storia: afflicta ⁊ mesta mater ei⁹ obuiā
illi processit: volens illū tangere ⁊ am-
plecti. Quā ut filius aspexit merore cō
fectam: cecidit fatigat⁹ sub cruce. Ipsa
etiā mater dulciss.ma quasi mortua in
terrā ruit. Ob qd̄ in loco illo in hui⁹ fa-
cti memoriā capella a fidelibus cōstru-
cta fuit: que sancta Maria de spasmo
nuncupat̃. Tandeꝫ iudei angariauere
hominē Cyreneū noie Symonē ut tol-
leret crucē ih̄u. Qm̄ ut aiunt quidā cū
sepius temptasset ih̄s illā portare: p̄ de-
bilitate ferre ampli⁹ nō valebat. Curre
o anima mea curre velocit̃ ⁊ humeros
tuos subijce illi cruci: i qua ih̄s dei fili⁹
oꝑabitur salutē tuā: imo oiuꝫ saluan-
dorum. Sꝫ hic doc. querūt. quare xp̄us
benedictus pati voluit mortem crucis.
Et respondet Tho. 3. ꝑte q̄ hoc fecit ꝓpt̃
septē rationes. Prima rō est propter
exemplū virtutis. Dicit eni Aug⁹ in li.
83. q. Sapiētia dei hominē ad exemplū
q̄ recte viuerem⁹ suscepit. Pertinet autē
ad vitam rectā ea que nō sunt metuen-
da non metuere. Sunt aūt homies qui
q̄uis mortē ipsam nō timeant: genus
tamen mortis horrescunt. Ut ergo nul-
lū genus mortis recte viuenti homini
metuendū esset: illius hois cruce osten-
dendū fuit. Nihil eni erat inter oia gn̄a
mortꝭ illo gn̄e execrabili⁹ ⁊ formidabili⁹

Secunda ratio est. quia hoc gen⁹ mortꝭ maxime conueniens erat satisfactioni ꝓ pctō primi parētis. Unde Aug⁹ dicit in quodam sermone de passione. Contempsit Adam preceptū accipiens ex arbore: sꝫ quicquid Adam ꝑdidit: xp̄s in cruce inuenit. Et Amb°. de xp̄o ita ait. De parentis ꝓtoplasti fraude facta cōdolens qn̄ pomi noxialis morte morsu corruit. ipse lignū tunc notauit damna ligni ut solueret. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat multiformis ꝓditoris ars ut artem falleret ⁊ medelam ferret inde hostis vnde leserat. Et iterū ecclesia dicit. Omnipotens eterne deus qui salutē humani generis i ligno crucꝭ constituisti. ut vnde mors oriebat͛ inde vita resurgeret: ⁊ qui in ligno vincebat in ligno quoqꝫ vinceret͛. Tertia ratio est. quia ut dicit Criso⁹ in sermōe de passione. In excelso ligno: ⁊ non sub tecto passus est: ut etiā ipsius aeris nā mundaret͛. Sed ⁊ ipsa terra simile beneficiū sentiebat decurrentis de latere sanguis stillatione mundata. Et idē Criso⁹ sup Job. inquit. Audiēs suspensionē intelligas in altū: ut sanctificaret aerē qui sanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta ratio est. quia per hoc qꝫ xp̄us in cruce morit͛ ascensū nobis parat in celum: ut Criso⁹ dicit. Quinta ratio est. q̇a hoc competit vniuersali saluationi totius mūdi. Nam figura crucis: ut ait Greg⁹ naçāçen⁹ a medio cōtracta in q̄ttuor extrema partita. significat virtutē ⁊ prouidentiā eius qui in ea pependit vbiqꝫ diffusam. Criso⁹ etiā dicit qꝫ in cruce expansis manib⁹ morit͛ ut altera manu veterē populū: altera eos qui ex gentibus sunt trahat. Sexta ratio est. q̇a p hoc genus mortis diuerse virtutes designant͛. Unde Aug⁹ dicit i li. de gratia veteris ⁊ noui testi. Nō frustra tale genus mortis elegit: ut latitudinis ⁊ altitudinis ⁊ lōgitudinis ⁊ ꝓfunditatis: de quib⁹ apl̄s loquit͛ magister existeret. Nā latitudo est i eo ligno quod trāsuersū desup figit͛. hoc ad bona opa ptinet: q̇a ibi extendunt͛ man⁹. Lōgitudo est in eo ligno: quod vsqꝫ ad t͛rā trahitur: quo crux stat sistit͛ ⁊ pseuerat quod longanimitati tribuit͛. altitudo ē i ea ligni pte: que ab illa que transuersa figitur versus sursū relinquit͛. hoc ē ad caput crucifixi: quia bene sperantiū superna expectatio est. Jam vero illud ex ligno qḋ fixū occultat͛. vnde totū illud exurgit significat profūditatē gratuite gratie. Et sicut etiā Aug⁹ dicit sup Job Lignū in quo fixa erāt membra patiētꝭ ad cathedram fuit magistri docentis.

Septima ratio est. q̇a hoc gen⁹ mortꝭ plurimis figurꝭ respōdet. Ut eni Aug. dicit i sermone de passione. In diluuio aquarū humanū genus archa lignea liberauit. De egypto dei populo recedēte Moyses mare ꝟga diuisit: ⁊ Pharaonem prostrauit: ac populū dei redemit Idem Moyses lignū in aqua misit ⁊ amaritudinē eius in dulcedinē cōmutauit. Ex lignea ꝟga de spirituali petra salutarꝭ vnda profert͛. Et ut Amalech vinceret͛: contra virgā Moyses expāsis manibus extendit͛. Et lex dei arche testamenti credit͛ lignee ut his omnib⁹ ad lignū crucis p quosdā grad⁹ veniat͛.

Secundo cruciat⁹ ē xp̄s ingenti dolore ꝓpter associationē. Associat⁹ nāqꝫ est cum duob⁹ latronib⁹ sicut p̄dixerat Ysa. 53. c. Et cum sceleratis deputat⁹ est Ubi doc. querūt vtrū hoc cōuenient͛ sit factū. Et rn̄dent qꝫ in hoc alia fuit intētio iudeoꝝ: alia ordinatio dei. Q̄tū eni ad intentionē iudeorū sic dicit Criso⁹ Duos latrones vtrinqꝫ crucifixerūt: ut eorū suspicionis fieret pticeps. sed non ita euenit. Nam de illis nil dicit͛. huius aūt vbiqꝫ crux honorat͛. Reges diademata deponentes: assumūt crucē in purpuris ⁊ diadematibus maximis i mēsa sacrata. vbiqꝫ terraꝝ crux emicat. Q̄tū vero ad dei ordinationē xp̄s cum latronibus crucifixus ē. Primo q̇a ut dicit Hiero⁹ sup Math. Sicut ꝓ nobis maledictū crucis fact⁹ est. sic pro omniū salute inter noxios quasi noxi⁹ crucifigit͛

Secundo ut dicit Leo papa in sermõe de passione. Duo latrones vnus ad dexteram: alius ad sinistram crucifigũtur ut in ipsa patibuli specie denotaret illa que i iudicio ipsius hominũ omniũ facienda est discretio. Et Aug⁹ dicit sup Iob. Ipsa crux si attẽdas tribunal fuit In medio eni iudice cõstituto: vn⁹ qui credidit liberatus: alter qui insultauit damnatus est. iam sigñbat quid facturus est de viuis ⁊ mortuis: alios positurus ad dexteram: ⁊ alios ad sinistrã. Tertio ẜm Hilariũ duo latrones leue ac dextre affigũt: omnẽ humani generis diuersitatem vocari ad sacramẽtuʒ passionis dñi ostendentes. sed quia per diuersitatẽ fideliũ atq infideliũ fit oiuʒ ẜm dexteram ⁊ sinistrã diuisio. vnus ex duobus ad dexterã situs fidei iustificatione saluatur. Tertio cruciatus est xp̃us acerbo dolore ꝓpter lamentatiõeʒ quãdo ut meminit Lucas: sequebatur illum multa turba populi ⁊ mulierum que plangebant ⁊ lamentabant eum. Cum quibus etiã ipse compatiendo p̃dixit futurã illius ciuitatis calamitatẽ ⁊ desolationẽ. Sed doc. hic querũt. cur ih̃s xp̃us in hierusalem pati voluit. Et respondent ꝙ hoc conuenienter factum ẽ multiplici rõne. Primo q̇dẽ. q̇a hierusalem erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda: que quidẽ figuralia sacrificia figurabant xp̃i passionem que ẽ verũ sacrificium. iuxta illud Eph̃. 5. Tradidit semetipsũ oblationeʒ ⁊ hostiam deo in odorẽ suauitatis. Secundo quia virtus passiõis eius ad totum mundũ diffundenda erat: ideo in medio terre habitabilis pati voluit. i. in hierusalem. Unde dicit in ps̃. De⁹ autẽ rex noster ante secula opatus est salutẽ in medio terre. i. hierusalẽ: que dicit eẽ terre habitabilis vmbilic⁹. Tertio q̇a hoc maxime ꝯueniebat humilitati eius ut. s. sicut turpissimũ mortis genus elegit: ita etiã ad eius humilitateʒ ptinuit ꝙ in loco tam celebri confusioneʒ pati non recusauit. Unde Leo papa dicit in sermõe eph̃ie. Qui formã serui susceperat bethleem preelegit natiuitati. ⁊ hierosolymam passioni.

Qr in crucifixione xp̃us vehementer doluit ꝓpter potationem. ꝓpter conclauationem. ⁊ ꝓpter eleuationem.

Secundi articuli dolor tertius.

Tertius dolor scũdi articuli dr̃ crucifixionis. quãdo crucifixerũt eũ in mõte caluarie. vbi nimio dolore agitatus ẽ ꝓpter tria. p̃ ꝓpter potationẽ. 2° ꝓpter conclauatiõeʒ 3° ꝓpter eleuationẽ. Primo nimio dolore agitatus est xp̃s ꝓpter potatiõeʒ q̇a ut inquit Mathe⁹. Dederũt ei vinũ bibere cum felle mixtũ. Ubi querendũ ẽ quare illo vino sic amaro potauerũt eũ Et dicit Nico. de lira. ꝙ aliqui dicunt id factũ fuisse. ut citius xp̃s moreretur ⁊ sic milites eius custodia citius expedirent: qui debebant eũ custodire quousq expirasset. Sed ip̃e Nico. alit dicit Nam legit i quodã libro hebraico: qui apud eos intitulatur liber iudiciũ ordinariorum: ꝙ quia Salomon dixerat ꝓu. 31. Date siceram merentibus: ⁊ vinũ his qui amaro sunt animo ut bibãt ⁊ obliuiscantur egestatis sue. ⁊ ideo seniores iudeorũ statuerãt ut cõdemnatꝭ ad mortẽ daret vinũ aromaticũ ad bibendũ: ut facilius tolerarent passioneʒ. In hierusalem autẽ erant matrone deuote ⁊ cõpassiue: que hoc vinuʒ ⁊ siceram. i. potum inebriatiuũ dabãt ex deuotiõe. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti tale vinũ datuʒ pro xp̃o ⁊ alijs duobus latronib⁹ accepertũt sibi ẜm ꝙ dictũ erat Amos. 2. Uinũ damnatoꝝ bibebãt: ⁊ loco eius posuerũt acetũ cũ felle mixtũ. Talẽ potũ cũ gustasset ih̃s noluit bibere. Nec cõtradicit Marcus cuius text⁹ habet. Et nõ accepit: q̇a nõ accepit ad bibendũ: ẜ ad gustandũ solũ ut sic impleret in eo qȯ dictuʒ est in ps̃. Et dederũt in escã meã fel. ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. Secũdo multo dolore fatigatus ẽ xp̃s ꝓpter cõclauationem. quãdo. s. cruce iam parata atq

diſpoſita: ⁊ in terra collocata ſm cõem
opinionez cruentes nequã illi magno
impetu dñm ihm xp̄z ad terrã ꝓiecerũt
ut clauis eũ configerent. Et licz euan-
geliſte non oĩa dicant: qa tñ eſſentialia
ſcribere curauerũt: nihilominꝰ ꝟiſimilr
credere poſſumus: ꝙ ita nudatus ⁊ ge-
nuflexus ihs ut ſe ſup crucẽ extenderet
oculis ad celũ leuatis ĩ corde ſuo dixit.
Suſcipe ſcẽ pater et̃ne me dilectũ filiuz
tuũ quẽ tibi offero in ſacrificiũ imacu-
latũ ꝓ ſalute humani generis. ⁊ remiſ-
ſione pctõꝝ. Ecce iam nõ offerũt̃ tibi le-
galia ſacrificia hircorũ: aut agnoꝝ: ul'
ſimiliũ. ſed caro innocentis mei filij tui
Triginta ⁊ tres anni elapſi ſũt quibus
hanc crucẽ ſemꝑ aſpiciens in illã mori
ꝓ humani generis redẽptione ꝯcupiui
⁊ deſideraui. Tandẽ ꝓijciens ſe ſuper
crucẽ: manus ſuas ⁊ pedes liberaliſſi-
mo geſtu extẽdit. Acceperũt aũt clauoſ
crucifixores: ⁊ ꝯfixerunt eũ. Malleoꝝ
aũt ictꝰ ⁊ ſonitꝰ audiri poterãt a ꝟgine
matre: cuius cor clauis illis accutiſſi-
mis: qui manus ⁊ pedes oſſa ⁊ carnes
filij ſui rumpebant configebat̃. Cruci-
fixi ſunt etiã cũ eo duo latrones: quos
plerìqꝫ voluerũt tenere fuiſſe cruribus
alligatos tñ. Sed ego dico ꝙ fuere cõ
clauati. quia ut inquit Augꝰ ſup Joh
Pendentes in ligno: clauis ad lignuz
manibus ꝯfixi: ꝓducta morte necabãt̃
Scripſit aũt ⁊ titulũ Pilatꝰ ⁊ poſuit ſup
crucẽ. Erat aũt ſcriptuz. Jhs naçarenꝰ
rex iudeorũ. litteris hebraicis grecis ⁊
latinis. Ubi querit̃ a doctoribꝰ cur hac
triplici ligua deo volente titulꝰ ille fuerit
ſcriptus. Et rñdet Criſoꝰ. Credibile eſt
multos gentiles ſimul cũ iudeis ꝓpter
feſtũ ꝯueniſſe. ⁊ ideo ut nullꝰ ignoraret
nõ in vna lingua. ſed in tribus ſcripſit.
Et Augꝰ dicit. Tres lingue ibi pre ce-
teris eminebãt. hebraica ꝓpter iudeos
in dei lege gloriãtes. greca ꝓpter gẽtiũ
ſapientes. latina ꝓpter romanos mult̃
ac pene oĩbus tũc gentibus imꝑantes.
Theophilꝰ ꝟo inqt. Significat ãt ſup-
ſcriptio triplici ſermõe ſignata dñm eẽ

regẽ practice. philoſophice. necnõ theo-
logice. Nã ꝑ latinas lrãs figurat̃ pra-
ctica: eo ꝙ romanũ impiũ potẽtiſſimũ
ſatiſqꝫ officioſum in expeditionibꝰ fuit.
Per grecas ꝟo philoſophia figuratur
Greci nãqꝫ erga naturaliũ ſpeculatio-
nem inſudauerunt. Demũ ꝑ hebraicas
theologia portẽdit̃ dũ iudeis eſt credita
rerũ diuinaꝝ agnitio. Dicebãt ḡ Pila-
to pontifices iudeoꝝ. Noli ſcribere Rex
iudeoꝝ. ſed qa dixit Rex ſũ iudeorum.
Rñdit Pilatꝰ. Qđ ſcripſi ſcripſi. Mili-
tes aũt diuiſerũt ſibi veſtimenta ſua ⁊
tunicã mittentes ſortẽ. erat aũt tunica
incõſutilis. i. ſine ſutura deſup cõtexta
ꝑ totũ: ſup quã miſerunt ſortes. Et licz
Marcus dicat ꝙ ſortes miſerũt ſuper
eis. ſ. alijs indumẽtꝭ xp̄i. tñ ſm Nico. de
lira. illud debet intelligi ꝑ ſynedochen. i.
ſup aliqđ eoꝝ. i. ſup tunicam. Tertio
vexatus eſt ihũs multo dolore qñ crux
fuit eleuata a terra. ⁊ poſita i foramine
atqꝫ plantata: in qua iam natꝰ erat fru
ctus nr̃e ſaluatiõis: anteq̃ꝫ in mõte cal-
uarie defigeret̃. Jn ipſo aũt motu ⁊ ele
uatione crucis: ac plantatione pondus
corꝑis ꝑ tres clauos uel quattuor ſm
quoſdã ſuſtinebat̃. Jõ mẽbra illa debi-
litata incredibili cruciabãt̃ dolore. Sz
⁊ tũc meſtiſſima mater filiũ intuens cõ
temptibilẽ. ꝯfuſibilẽ. deſpectũ. deformẽ
grandi anguſtia plenũ. plagis attrituz
in medio latronũ pendentẽ. adiutorio
Magdalene ⁊ Johis q̃ꝫtũ potuit cruci
ꝓpinquã ſe fecit. Ubi mutatã cernens
aſpectus filij ſui venuſtatẽ ⁊ elegantiã
conſideranſqꝫ q̃ꝫ graui ſupplicio detine-
bat̃: lamẽtabiles voces emittebat. Hoc
aũt expſſit Joh. qñ dixit. Stabat aũt
iuxta crucẽ ihũ mater eiꝰ: ⁊ ſoror mr̃is
eius Maria Cleophe. ⁊ Maria ma-
gdalene. Sz dubiũ hic ẽ. qa Luce. 23.
dicit̃. Stabãt omnes noti eiꝰ a longe.
Sed dicit Nico. de lira. ſequẽdo Aug.
in li. de ꝯſenſu euãgeliſtarũ. ꝙ in tanto
interuallo erãt. ut ⁊ iuxta dici poſſent:
qa i ꝯſpectu eius preſto aderãt: ⁊ a lon-
ge reſpectu turbe ꝓpinquiꝰ circũſtantis

cum Centurióe ⁊ militib⁹. Pretereun-
tes aũt blasphemabãt cũ mouẽtes ca-
pita sua ⁊ dicentes: Uah qui destruis
templũ dei: ⁊ in triduo illud reedificas.
Salua temetipsũ. si fili⁹ dei es descẽde
nunc de cruce. Similiter ⁊ ꝑncipes sa-
cerdotũ illudentes cũ scribis ⁊ seniori-
bus dicebãt. Alios saluos fecit: seipsũ
non potest saluũ facere. Ihs aũt in tot
ꝑsecutionibus ⁊ maledictis dixit ꝟbũ
illud primuȝ in cruce omnis patientie
exemplũ. Pater dimitte illis: qa nesciũt
quid faciũt. ope implens quod ꝟbo do-
cuit quãdo dixit. Orate ꝓ ꝑsequentib⁹
⁊ calũniantibus vos. Improꝑabant
etiã ei latrones q̇ crucifixi erãt cum eo.
Lucas ꝟo dicit ꝙ vn⁹ tm̃ blasphema-
bat: quẽ alius reprehendit. Sed Aug⁹
in libro de consensu euãgelistarũ. dicit
ꝙ Iohes loquiť in plurali ponẽs plu-
rale ꝓ singulari ꝭm vsitatuȝ loquendi
modũ. Uel potest dici ꝭm hieronymũ
ꝙ primũ vterqȝ blasphemauerit. dein-
de vnus credidit in xp̄m. ⁊ priorem ne-
gationẽ sequẽti cõfessione emẽdauerit.
Unde hieronym⁹ sequiť. In duob⁹ la-
tronibus vterqȝ popul⁹ ⁊ gentiliũ ⁊ iu-
deoꝝ ꝑmo dominũ blasphemauit: p⁹ ea
signoꝝ multitudine alter exterrit⁹ egit
penitentiã. ⁊ vsqȝ hodie iudeos increpat
blasphemantes. hec ille. Dixit ergo la-
tro penitẽs. Domine memẽto mei dum
veneris in regnũ tuũ. Respiciẽs autem
Ihs bñdictus hui⁹ latronis ꝯtritionẽ
fidem. spem atqȝ caritatẽ. rñdit ei secũ-
dum verbum: quod in cruce ꝓtulit. d.
Hodie mecũ eris i paradiso. O felix ꝓ-
missio. O breuis tante felicitatis adim
pletio. Nullus ante latronẽ hoc verbuȝ
audiuit. Promissa siquidẽ fuit patrib⁹
⁊ ꝓphetis eterna vita ꝑ xp̄m: sed nulli
sicut latroni ita breui spacio designata.

Or in inspectiõe xp̄s vehemẽter doluit
ꝓpter querelationẽ. ꝓpter recordatio-
nem. ⁊ ꝓpter cõmendationem.

Secundi articuli dolor quartus.

Quartus dolor secundi articuli
dicitur inspectionis. Cũ eni de
cruce inspexisset matrẽ asꝑrimo
dolore vulneratũ est cor eius ⁊ ꝑcipue
ꝓpter tria. Primo ꝓpter querelationẽ
Secundo ꝓpter recordationẽ. Ter-
tio propter cõmẽdationẽ. Primo do-
luit xp̄s propter querelationẽ. Audie-
bat nanqȝ querelas matris ingeminãť
⁊ dicẽtis sibi vocabulũ illud qȯ ꝑ trigi-
ta ⁊ tres ãnos cũ tanta dulcedine vtri-
usqȝ cõmemorauerat. In passione vero
illud ꝓferebat cum corde pleno dolore
merore ⁊ amaritudine. Poterat g̃ ꝟgo
illa sanctissima lamentari ⁊ dicere. Fili
mi aie mee olim ꝯsolatio ⁊ gaudiũ: nũc
aũt gladius penetrabilior oi mucrone
acutissimo. Fili mi quẽ nouẽ mensib⁹ i
vtero tenui: quẽ paruo lacte paui: quẽ
totiens infantẽ ⁊ paruulũ pãnis iuol-
ui: in cuna reposui. ⁊ amorosis ample-
xibus strinxi inter vbera mea. ⁊ oscula-
ta sum. O ꝙ̃ infelix mihi ⁊ tibi facta ẽ
dies ista. Et quis potit mederi vulneri-
bus dolorũ meoꝝ: ⁊ mitigare angustiã
misellle matris tue: cum inspiciã te filiũ
meũ ut leprosũ factũ: q̇ speciosus eras
pre filijs hominũ. ut maleficum ⁊ reum
cum iniquis deputatuȝ? Qui sanctus
sanctorum es: ut fatuum ⁊ stultuȝ cer-
no: in quo recõditi sunt omnes thesauri
sapientie dei: ut hostem ⁊ omniũ inimi-
cum: qui omnibus affabilis benignus
⁊ humanus semper astitisti. ⁊ suꝑ oia
velut oblituȝ mei vidue matris tue. Nã
ecce iam morieris: ⁊ nil mihi dicis. Et
quid faciaȝ ego sine te filio meo? Quo
diuertam? Ad quem confugiam? Tu
mihi pater. tu mihi frater. tu mihi blã-
dus fili⁹ eras. tu mee diuitie. tu mee de-
litie. tu mea gl'ia. O me desolatã: q̃ tãtũ
filiũ i cruce video deficere. O amãtissi-
me fili loquere mihi matri tue: loquere
ut audiã vocẽ tuam cigneo canore dul-
ciorẽ. Loquẽ inquã ut sic saltẽ audiẽs
verba tua patientior fiam ad toleran-
dã que me cruciat pro amore tuo penã

Nō deneges mihi quod postulo. Exau-
di me ꝛ verbo tuo consolare ne deficiā
in hac tribulatiōe. O fili mi lumē ocu-
loꝛum meoꝝ condescēdisti latroni mi-
sericoꝛditer loquēs ei. Acquiesce itaqꝫ
voto matris tue: ꝛ dic mihi quid factu-
ra sim. Cui me oꝛphanā derelinquis?
His uel similibꝰ querelis pulsabat me-
stissima matˀ aures afflictissimi filij sui:
qui nō minoꝛē penā experiebatˀ in mēte
propter teneritudinē matris ꝙ sentie-
bat in coꝛpe a planta pedis usqꝫ ad ca-
pitis verticē vulnerato. Ideo ƀm quē-
dam deuotū: tacitus in suo coꝛde dice-
bat carmē illud vulgare siue eiꝰ senten-
tiā. Matre mia benedicta molto te ve-
go afflicta. El tuo lacrimare e vna sa-
gitta. Che il cuoꝛ mio ha passato. Non
piangere o matre mia. El tuo lacrima-
re e pena mia. Suppoꝛta fin chio sia
da moꝛte resuscitato. Secūdo doluit
xp̄s ꝑpter recoꝛdationē. In talibꝰ nāqꝫ
mysterijs recoꝛdabatˀ: ꝛ in seipso ꝯfere-
bat dicēs. O mi mater quō oīa gaudia
que de me suscepisti conuersa sunt tibi
in meroꝛē ꝛ luctū? Ubinam sūt angeli
in mea natiuitate cantantes? Ubi pa-
stoꝛes ad presepe venientes? Ubi oꝛien-
tales reges i cuna me adoꝛantes? Ubi
grata ꝑ.30. ꝛ tres annos vtriusqꝫ con-
uersatio ꝛ familiaritas? Ubi tot ꝛ tāta
de me ꝑdicata miracula: ꝑpter que oīa
letabatur coꝛ tuū? Heu me nūc vides
tantū filiū tuū factū in derisū omni po-
pulo. ꝛ abiectissimā moꝛtē pati. 3° do-
luit xp̄s ꝑpter cōmēdationē qn̄ apiens
os suū mellifluū dixit ei. Mulier ecce
filius tuus. s. Johēs euāgelista: q̄ secū
iuxta crucem astabat. Et ut doc. dicunt
non vocauit eam materno noīe: sed cōi-
ne ex teneritudine noīs materni: si ex-
primeretˀ aggrauaretˀ animꝰ eius. De-
inde cōmendans eam discipulo dixit.
Ecce mater tua. q. d. Deputo te ad eius
obsequiū. Et ex illa hoꝛa accepit eā dis-
scipulus in suā. s. curā ꝛ diligentiaꝫ. O
quot doloꝛum aculeis punctū fuit tūc
coꝛ virgineum ex vna parte: cum mu-
lieris non matris audiuit vocabulum:
licꝫ ex ꝑte altera aliqualiter cōsolaretˀ:
quia filius amantissimus eius ih̄s eā
cōmendauerat dilecto discipulo. Ideo
Augꝰ ait. suꝑ ħ passu Joh̄. Ex illa hoꝛa
ꝛc̄. Hec nimirū est illa hoꝛa: de qua ih̄s
aquā cōuersurus i vinū dixerat matri.
Quid mihi ꝛ tibi est mulier? nōdū ve-
nit hoꝛa mea. Tūc eni diuina facturꝰ:
non diuinitatis: sed infirmitatis matrē
velut incognitā repellebat. Nunc autē
humana iam patiens ex quo fuerat fa-
ctus hō: affectu cōmendabat humano.
Moꝛalis igitˀ insinuatˀ locus ꝛ exēplo
suo instruit preceptoꝛ bonus: ut a filijs
pijs impendatˀ cura parentibus tanq̄
lignū illud vbi erāt fixa mēbra moꝛiētꝭ
esset cathedra magistri docentis.

De xp̄s vehementer doluit in clama-
tione ꝑpter mūdi hoꝛroꝛē: ꝑpter sui cō-
fusionē: ꝛ ꝑpter patris derelictionem.

Tertij articuli primus doloꝛ.

PRimus doloꝛ tertij articuli dr̄
clamationis. Ostendit eni i cla
moꝛe suo imensitatem doloꝛis
ꝛ potissimū ꝑpter tria. ꝑ ꝑpter mundi
hoꝛroꝛem. 2° ꝑpter sui cōfusionem. 3°
ꝑpter patris derelictionē. Primo osn̄-
dit xp̄s imensitatē doloꝛis in mūdi hoꝛ-
roꝛe. quādo. s. insensibiles creature cru
delitatē q̄ in ipsū fiebat hoꝛrētes modo
suo patienti ih̄u compati vise sunt. A
sexta nanqꝫ hoꝛa tenebre facte sunt suꝑ
vniuersam terrā vsqꝫ in hoꝛā nonā. Et
ut Lucas inquit. Sol obscuratus est. ꝛ
velum templi scissum est i duas partes:
a summo usqꝫ deoꝛsū. ꝛ petre scisse sūt. ꝛ
terra mota est. Ubi apparet ꝑturbatio
coꝛpoꝛū suꝑioꝛū primo. deinde inferio-
rum. Qualiter autē fuit illa tunc solis
eclipsis doctoꝛes varie sūt opinati. Hie-
ronymus nanqꝫ dixit ꝙ ille tenebre fue
runt facte ꝑ retractionē radioꝛum solis
diuina virtute. Origenes autē dixit ꝙ
ħ factū ē ꝑ intˀpositionē nubiū densarū
Sꝫ in hoc magis credēdū est Dionysio
ariopagite: qui dicit i ep̄la ad Policar-
pum hoc fuisse per interpositionem lune

inter terrã ⁊ solem: sicut fit i eclipsi solis. Et ibidẽ dicit ꝙ ipse hoc vidit tunc existens in Egypto: vbi est aeris puritas. Vidit igit lunã ab oriente ascendentẽ versus meridiẽ ⁊ supponẽtẽ se soli. Hieron⁹ autem ⁊ Origeñ. non loquuntur de illa eclipsi asserẽdo ꝙ sic fuerit ut dicũt s3 ꝙ potuit sic fieri. Quare sequendo Dionysium dicimus ꝙ illa eclipsis non potuit esse naturalis: sed miraculosa. ⁊ hoc multipliciter. Primo qa luna erat. 15. ⁊ tunc distat a sole p diametrũ celi. Eclipsis aũt solis nõ põt fieri naturaliter nisi tpe cõiunctiõis solis ⁊ lune: ꝓpter quod dicit Dionys.⁹ ꝙ mirabat. quia non erat tẽp⁹ cõueniẽs ad talẽ ꝯiũctionẽ. Secundũ miraculũ fuit. qa trãsacta eclipsi luna rediit ad orientẽ: ita ꝙ in vespere fuit in oriẽte sole e ẽ istẽte in occidente: ⁊ sic orbes eorũ sunt ad pristinũ statũ restituti. Tertiũ miraculũ fuit. qa pars orientalis solis primo fuit obscurata: ⁊ iterũ vltimo illuminata. contrario autẽ modo fit in eclipsi naturali. Quartũ miraculũ fuit ꝙ luna fuit imobilis sub sole p tres horas. In naturali vero eclipsi cõtinue mouetur sub sole: ut etiã refert Criso⁹. Quintũ miraculũ fuit. qa illa eclipsis abstulit lumẽ vniuersis partib⁹ terre: lic3 aliq hoc velint intelligi tm̃ de terra Judee. Verũtñ ut apparet ex dict̃ Dionysii fuit in Egypto: fuit in grecia: ⁊ fuit Rome: ⁊ sic in aliis mũdi partib⁹ Unde Horosi⁹ ait. Cum dñs patibulo affixus est maximo terremotu p vrbem Romã facto: saxa in montibus scissa: maximarũq3 vrbiũ plurime partes pl⁹ solita concussione ceciderũt. Eodemq3 die ab hora diei. 6. sol in totũ obscurat⁹ ẽ. tetra nox subito obducta terris est: adeo ut stellas tũc diurnis horis uel potius i illa horrẽda nocte toto celo visas fuisse referat. Eusebi⁹ etiã in chronica asserit se legisse ꝙ tunc in Bithynia que est in Asia fuit magnus terremot⁹: ⁊ maior solis obscuratio ꝙ unq̃ fuerit: ⁊ ꝙ dies hora sexta in tenebrosam noctẽ versus sit. ita ut stelle viderent in celo: ⁊ ꝙ in

Nicea q̃ ẽ vrbs Bithynie multas edes terremotus subuerterit. De illi⁹ eclipsis miraculo Dionysi⁹ i epl̃a ad Apolophaniũ qui secũ erat in Egypto illo tẽpore postea sic scripsit. Cũ reperim⁹: qa ⁊ erat notissimũ solẽ pati molestias nõ debere aio ad te vaste peritie sacrariu3: adhuc nescim⁹ tante rei mysterium Quid inq̃ speculũ doctrine Apolophani his secret̃ ascribis: atq3 tu mihi ore diuino. ⁊ non humani sensus sermone? O bone Dionysi diuinarũ pmutatiões sunt rerum. In historia vero scholastica legitur ꝙ phi ad hoc adducti sũt ut dicerẽt: Aut deus nature patit: aut ordo nature peruertitur. De turbatiõe corporũ inferiorꝫ clara sunt oia. Tm̃ de velo sciendum est sm Nico. de lira. ꝙ erat iuxta templum inter sanctũ ⁊ sanctum sanctorꝫ. Cuius scissio significauit ipletionẽ veritatis in morte xp̃i: que latebat in figuris veteris testamẽti. Secundo fuit imensus dolor xp̃i ꝓpter sui confusionẽ: quãdo cõsiderabat q̃ ꝯfusibilit patiebatur: quia precedẽti dominica ab oi populo ita venerabiliter fuerat susceptus. Erat eteni passio ei⁹ ignominiosissima: ⁊ despecta valde: de qua alias deo dante suo loco dicem⁹. 3° imensus fuit dolor xp̃i ꝓpt patris derelictionẽ. Ideo clamãs circa horam nonam voce magna dixit. Hely hely. lamaçabathani? Quod est interpretatũ. hely. i. deus meus. lama. i. quare çabathani. i. dereliquisti me? Ubi glosa Dicitur deus eu3 deseruisse in morte: qa potestati persequentium eum exposuit. Subtraxit eni protectionẽ: sed non sol⁹ uit vnionẽ. Quidam aũt illic stantes. s. milites Romani sm Hiero. idioma hebraicu3 ignorantes dicebant. Helyam vocat iste. At ⁊ mater v̾ba illa audiẽs ⁊ intelligens: illorumq3 vim considerãs vndiq3 experiebatur merorẽ.

Dr xp̃us vehementer doluit in potatione propter amaricationẽ: propt peccatorũ obstinationẽ: propterq3 matris lamentationẽ.

Tertii articuli secũdus dolor

Secundus dolor tertij articuli dicitur potationis: quando iterũ clamans dixit: Sitio. oblataque fuit ori eius spongia potu amarissimo repleta. Tunc doluit xp̃s propter tria. Primo ꝓpter amaricationẽ. Secũdo ꝓpter peccatoꝝ obstinationẽ. Tertio ꝓpter matris lamentationẽ. Primo doluit xp̃us ꝓpter amaricationem: quia spõgia illa ori eius sic apposita amaricauit labia et eius linguã. Quare iterum clamans dixit. Consũmatũ est. s. totum iam corpus meũ doloribus et passionibus circũdatũ est. Nam lingua que sine lesiõe hucusque fuerat reseruata. modo amaritudine est repleta. Uel consũmatum est mystice intelligendo opus redẽptionis humane. 2° doluit vehementer xp̃us ꝓpter peccatorũ obstinationẽ. Non enim minus sitiebat peccatorũ salutẽ: quam corporis sui in cruce extensi et fatigati recreationẽ. Dicebat enim sitio. i. salutẽ omnium quia ꝓ omnibus patior: pro omnibus sanguinẽ meũ patri offero: pro omnibus morior. Uenite ad me omnes corde cõpũcti: et emẽdatione ac correctione vestra recreate mẽtẽ meã. O quam grauis tũc illius animũ dolor vrgebat cũ videbat inumeros esse: qui a peccatis ad penitentiã nunquam redirent: quibus nec passionis sue virtus propter eorũ duritiã esset in aliquo profutura. Ut enim dicũt theologi licet xp̃i passio sufficiẽtissima fuerit pro salute omnium. tamẽ illius effectũ nõ cõsequuntur illi qui pctã deponere nolunt. Quare cũ omnibus ꝓfuit sufficienter: non tñ omnibus efficienter. Unde sicut erga xp̃m crudeles fuerunt illi qui eum potauerũt felle et aceto: ita pctõres qui ad penitentiã redire nolũt. Audite illum audite o peccatrices aie: pro vobis clamat amorosissimus Jh̃us: pro vobis dicit: Sitio. Cur ergo saxea corda nõ rũpitis? Cur tam clementissimo dño nõ cõpatimini? Hinc Bern̄. ait Ascendit in altum crucis ut ab omnibus videretur. voce magna clamauit: ut ab omnibus audiretur. clamori lachrymas addidit: ut ei homo cõpateretur. Qui ad eius vocẽ non excitatur: ad clamorẽ non compungitur: grauior est terra et fetidior sepulchris. Tertio doluit xp̃s vehementer propter matris lamentationẽ. Potuit igitur tũc virgo benigna filiũ audiens in cruce dicentem: Sitio. multis singultibus lachrymis ac suspirijs dicere. Heu heu me. quid video? Quid audio? O vniuerse creature celi et terre admiramini paupertatẽ filij mei. Ipse. n. qui diuinitatis sue potẽtia satiat angelos: pascit etiã ꝓuidentia sua volucres celi et pisces maris: bestias ac vniuersa pecora campi: atque hominibus cunctis quottidianũ panem distribuit. clamat in cruce: Sitio. et denegatur sibi paululum aque: imo tribuitur sibi potus amarissimus. O fili fili fili mi amorosissime: cur tibi de meo pectore lac illud porrigẽ nõ valeo: quod totiens dum paruulus eras suxisti? O fili mi cur nõ possum tibi ministrare in cruce sitienti cibum et potum: quem colo et acu ita diligenter dum in etate ĩfantili eras acquirebã? Poterat etiã tũc illa feruentissima Magdalena et ipsa flendo dicere. O magister care: o magister bone. Et cur ego indigna tua discipula ĩ hac tãta necessitate tibi subuenire nõ possum? O damnata seuitia iudeorum: cur tanto furore inflãmaris aduersus dñm et magistrũ meum? Que omnia ipsi domino Jhesu ad dolorem accedebant.

Et xp̃s vehemẽter doluit cognoscẽs generalẽ scandalizationẽ. iudeoꝝ ingratitudinẽ. et multoꝝ incõpassionẽ.

Tertij articuli tertius dolor.

Tertius dolor tertij articuli dicitur cognitionis. Doluit etiam summopere ihesus noster amorosissimus ꝓpter suam scientiã et cognitionẽ: quia ut inquit sapiens Ecclesiastes. i. Qui addit scientiã: addit et dolorẽ. Et licet omnia xp̃us cognosceret presentia preterita et futura. Uerũtñ in cruce positus cognoscebat et cõsiderabat precipue tria vnde tristabatur atque dolebat. Primo generalẽ scandalizationẽ. Secundo

iudeorum ingratificationem. Tertio multoꝝ incōpassionē. Primo cognoscebat generalē scandalizationem. Videbat vtiq̧ ꝙ virgine matre duntaxat excepta in qua sola ut doc. dicūt remansit fides diuinitatis sue: ceteri omnes a fide defecerāt. nam apostoli ⁊ oēs discipuli videntes ignominiā crucis: putauerūt eum purum hominē ⁊ nō deum.

2° considerabat xp̄us ⁊ cognoscebat iudeoꝝ ingratificationē: de quoꝝ ingratitudine dolens in seipso: dicebat illud quod ecclesia hodie decantat. Popule meus quid feci tibi: aut in quo ꝯtristaui te? Rn̄de mihi. Ego propt̃ te flagellaui Egyptū cū primogenitꝭ suis: ⁊ tu me flagellatum tradidisti. Ego te eduxi de egypto demerso Pharaone in mare rubrum: ⁊ tu me tradidisti ꝓncipibus sacerdotum. Ego ante te preiui in colūna nubis: ⁊ tu me adduxisti ad pretorium Pilati. Ego te paui māna per desertum ⁊ tu me cecidisti alapis ⁊ flagellis. Ego dedi tibi sceptꝝ regale: ⁊ tu modo capiti meo coronam spineam. Ego propter te Chananeorum reges percussi: ⁊ tu percussisti arūdine caput meū. Ego te exaltaui magna virtute: ⁊ tu me suspēdisti in patibulo crucis. Tertio cognoscebat ⁊ cōsiderabat xp̄s in cruce multorū incōpassionē. Sciebat etenim quotquot futuri erāt qui non solum sibi compati nō debebant: verū etiā ⁊ crucem ipsam ⁊ passionē ipsius forent derisuri. Verbū nanq̧ crucis ut apostolus inquit pereuntibus quidē stulticia est. O quot innumerabiles ut sic dicam viri ⁊ mulieres inter xp̄ianos reperiunt̃: qui hodie passionē xp̄i recolentes nec minima pietate flectunt̃: nec curant dare operā ut i cōmemoratione tanti mysterij: ⁊ si non oculis corporis: saltem oculis mentis fleant ⁊ lachrymentur. Quinimo multi sunt qui aut luxuria aut auaritia aut superbia excecati dn̄m ih̄m xp̄m habent in derisū: rursus sibi crucifigentes filiū dei. pro quibus omnibus ipse mitissim⁹ dominus sua caritate dolore attrahebatur vehementer.

Qr xp̄us vehementer doluit dum inclinato capite emisit spiritū. ⁊ de lamentatione matris eius.

Tertij articuli dolor quartus.

Quartus dolor tertij articuli dr̄ sepationis. Doluit domin⁹ ih̄us xp̄us dum clamans ad patrem dicens: In manus tuas dn̄e cōmendo spm̄ meū. inclinato capite tradidit spiritū. Ubi Criso⁹. ait: Per hoc ꝙ moriēs vocē emisit magnā: aptissime se verum deum esse ostēdit. Qm̄ homines cū moriunt̃ vix tenuē vocē emittere possunt. Caput aūt inclinauit: ut ex modo moriendi ondn̄deret ꝙ moriebat̃ ex obedientia patrꝭ. Cōprobata aūt fuit veritas mortꝭ eius ut patet ex textu euāgelij. Judei. n. quoniā parasceue erat. i. dies veneris: i cuius vespa incipit solēnitas sequentis sabbati: ut nō remanerēt in cruce corpa sabbato: Erat eni magnus dies ille sabbati: ⁊ propt̃ se: ⁊ ꝓpter pasce solēnitatē: rogauerunt Pilatū ut frangerentur crucifixorū crura: ⁊ de cruce tollerentur eorū corpora. Venerunt ḡ milites ⁊ fregerūt crura latronū. Ad ih̄m autē cū venissent ut viderūt eū iam mortuū nō fregerunt eius crura. Sed vnus militū lancea latus eius aperuit: ⁊ ꝯtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Sanguis ad nr̄aꝫ redēptionē. Aqua ad peccatoꝝ ablutionē. Sciendū tamē ſm Tho. 3. pte. q. 66. ar. 4. in rn̄sione ad terciū argumētū Qr aqua illa nō fuit humor fleumatic⁹ ut quidā dixerunt. sed aqua miraculose egrediens a corpore mortuo: sicut ⁊ miraculose ꝓdijt sanguis ad cōprobandū veritatē dn̄ici corporis. contra Manicheorū errorē: ut. s. per aquā que est vnū ex quattuor elementorū numero: corp⁹ xp̄i vere fuisse compositum ex quattuor elementis: Per sanguinem vero ostenderetur esse cōpositum ex quattuor humoribus. Itaq̧ post tot labores cruciatus ⁊ penas rex angelorum ⁊ dominus in crucis supplicio fuit extinctus.

O quale nouum. Quo merito ꝓ amore ⁊ pietate tanti domini omnes homines lugere debent senes ⁊ iuuenes. mulieres ⁊ viri. Moueri siquidē debēt eorum corda: cum intuentur mortuū inť latrones benignū ihm ⁊ matrē semiuiuam inter brachia Magdalene ⁊ Johannis ac aliarū mulieꝝ deuotarū cadentem. O ꝙ durus esset qui temparet a lacbrymis: vidēs virginem illā iuxta crucem interfectum filium lamentantē. Puto ꝙ pre lacbrymis ⁊ clamoribus precedētibus rauce facte fuerāt fauces eius. tamen voce qua poterat clamans dicebat. O fili mi vita angelorum: quō extinctus es: ⁊ amplius non loqueris. O fili mi lumen oculoruꝫ meorum: qˀs mihi det ut moriar pro te? O fili mi in cuius cōceptu partu ⁊ ortu tantam suscepi leticiā. quomodo omnia mihi ṽsa sunt in tristiciam. O pater eterne defleo ⁊ plango vnigenitum filiū tuū ac meū ⁊ pre dolore quasi deficio. Adiuua me: ⁊ quasi dolore mortue mihi succurre o gabriel angele. Et vbi sūt verba q̄ mihi dixisti? Dixisti nanqꝫ mihi. Aue. i. sine ve. ⁊ hodie circūdederūt me angustie vndiqꝫ. Dixisti mihi ꝙ eram plena gratia ⁊ hodie plena sum tot tribulationibus. Dixisti mihi ꝙ eram in mulieribus benedicta: ⁊ hodie suꝫ a iudeis maledicta. Dixisti mihi ꝙ erat benedictus fructus ventris mei: ⁊ ecce fructus est hodie crucis maledictum. O me miseram tot penis atrocissimis agitatam. Fleuit ergo hodie xp̄s saluator noster in cruce. Fleuit mater eius Maria peccatorū oīuꝫ aduocata. Fleuit Magdalena. fleuit Johannes. fleuit Petrus. fleuere discipuli ceteri. fleuit sol dum obscuratus ē. fleuit terra dum contremuit. fleuit templi velum dū scissum est. fleuerunt saxa dum sunt scissa. fleuere sepulchra dum sūt apta. Plāge ergo ⁊ tu o popule xp̄iane: ⁊ dum passionem xp̄i cōmemoras: age ei quas potes totis viribꝰ gratias: ut sic ipse participes nos efficiat meritis sanctissime passionis sue: qui cum patre ⁊ spū sancto viuit ⁊ regnat deus ꝑ imortalia seculorū secula. Amen.

Sabbato sancto. de sepultura corꝑis xp̄i: ⁊ eius morte. quam semꝑ animo reuoluere debemus. Sermo. 10.

ERat enim magnus dies ille sabbati. Scribuntur hec ṽba Job. 9. c. Deuotissimus hic dies sabbati pia deuotiōe a nobis est recolēdus: in quo domini nostri ihu xp̄i mors occurrit non imerito contemplanda. Diximus nanqꝫ in ꝑcedēti sermone quantis doloribus agitatus xp̄us crucē pro nobis conscendit. ibiqꝫ tradidit spiritum. Nunc vero ad declaranda sue mortis mysteria dirigendus est stilus. Neqꝫ eni quicꝙ aut deuotius aut conuenientius meditari hodie fideles possent. Propterea magnus dicitur dies iste sabbati: non solum ſm litteralem intellectum iudeoruꝫ: verū etiā ſm mysticū spiritualemqꝫ intellectū. Magnificauit eni illum xp̄s benedictus per mortē ⁊ sepulturam suaꝫ. de qua loqui volentibus tria mysteria se ingerunt declaranda.

Primū est ex parte carnis.
Secundū ex parte anime.
Tertium ex parte sepulture.

An caro xp̄i fuerit mortua. ⁊ an fuerit a diuinitate separata. ⁊ vtrum per mortē carnis sit mors attribuenda persone verbi. Caplm. 1.

PRimū mysterium declaranduꝫ de morte xp̄i est ex parte carnis. Circa quā tripliciter dubitare contingit. Primo circa mortificationem. Secūdo circa seꝑationē. Tertio circa attributionem. Primo contingit dubitare circa mortificationem: vtruꝫ. s. per separationē anime a corꝑe

xp̄i. caro eius fuit mortua. Et ꝙ sic pꝫ.
quia in symbolo dicit̃ de xp̄o ꝙ mortuꝰ
est ⁊ resurrexit. Et hoc cãtat ecclesia cũ
dicit. Ipse eni verus est agnus: qui ab-
stulit peccata mũdi: qui mortem nostrã
moriendo destruxit: ⁊ vitam resurgen-
do reparauit. Dominus autẽ Boñ. di.
zi. tertij. dicit ꝙ caro illa fuit mortua:
eo ꝙ caruit vsu ⁊ cõplemẽto vite. Res
enim corporalis nõ ẽ viuificabilis ni-
si ab aliqua forma spirituali ipsam cõ-
plente ⁊ sibi ꝓportionabili. Qm̃ ergo i
ipsa separatione anime. caro xp̄i caruit
huiusmõi forma. ideo vere mortua fuit
Et q̃uis haberet diuinitatẽ vnitã. non
tamẽ ab ea viuificabat̃: nõ ꝓpt̃ defectũ
a ꝑte viuificantis: ſꝫ propter impropor-
tionem a parte viuificabilis. Secũ-
do contingit dubitare circa separatio-
nem. Utrum .s. in morte caro xp̄i fuerit
a diuinitate sepata. Et respondent doc.
ꝙ non. Unde Leo papa in sermone in-
quit. Tanta est vnio dei ⁊ hois: ut nec
supplicio posset dirimi nec morte disiũgi
Et Augꝰ contra Felicianũ. Xp̄s in se-
pulchro carnẽ suam nõ deseruit. Que
ṽba magister sen. ponit in littera di. zi.
tertij. Quare autẽ nõ fuit diuinitas a
carne separata ſm Boñ. põt esse ratio
triplex. videlꝫ liberalitas ex parte assu-
mentis. dignitas ex ꝑte assumptibilis.
⁊ vtilitas ex parte assumptiõis. Libera
litas inquã ex parte assumentis. quia
quãdo deus dat aliquod donũ. nõ sub-
trahit illud sine culpa. Si g̃ nulla cul-
pa interuenit: nõ decuit diuinã liberali-
tatem carnem quã sibi liberaliter vni-
uerat a se separare. Dignitas etiam ex
parte assumptibilis fuit in causa: quia
sicut caro illa ꝓpter sui dignitatẽ non
debuit videre corruptionẽ: ita nec ipsã
decuit a verbo separari. Utilitas autem
ex parte assumptiõis ad hoc ipsũ facie-
bat. Ad hoc eni fiebat illa vnio diuini-
